**Interrogatorium sive Confessionale / [Bartholomaeus].**

**Contributors**

Bartholomaeus, de Chaimis.

**Publication/Creation**

[Heidelberg] : [H. Knoblochtzer], [not after 1485]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/hu4srcsm

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

G Hei K/85 Case 1.b.28.

H.-Cop. 2479
Pr. 3133 A
Pell. 1857
V.B. 1195 (Lindelbach)
Winship p. 0
Brit. Mus. Cat. III, 671 (Knoblochtzer)

Barthol. de Chaimis.

Heidelberg (~~Lindelbach ca. 1485~~)
Heinrich Knoblochtzer
Not after 1485

**BARTHOLOMAEUS DE CHAIMIS** de Mediolano, ord. min., Interrogatorium sive Confessionale. S. l. a. et typ. n. (Heidelbergae, Henricus Knoblochtzer, ca.1489). 4. Got. char., c. sign., 2 col., 38 ll., 103 ff. n. n. Rubriziertes Exemplar mit rot und blau eingemalten Initialen, wurmstichig, einige alte Randbemerkungen. Pergtbd. (Heidelberg ca. 1489)

Hain-Copinger 2479; Proctor Suppl. IV, 3133 a (Type 5 des ,,Printer of Lindelbach); Brit. Mus. Cat. III, S. 671. No copy in U. S. A. (according to Winship). Nicht in den Veröffentlichung. der Musikbibl. P. Hirsch I. G.K.W. 6548

Sehr interessanter Heidelberger Druck des Heinrich Knoblochtzer, der nach neueren Forschungen als Prototypograph Heidelbergs und als identisch mit dem ,,Drucker des Lindelbach" angesehen wird (vgl. Voulliéme, Die deutschen Drucker des XV. Jahrh. S. 73).

Auf dem letzten Bl. ist ein langes Gedicht mit dem Namen des mailänder Druckers der Erstausgabe ,,Valdafer" abgedruckt.

Für die Kulturgeschichte sehr interessantes Werk. Es enthält u. a. folgende Kapitel: Ab impuberibus et puberibus utriusque sexus; a medicis phisicis et cirogicis; a musico.

Ganz vollständiges Exemplar mit allen drei weissen Bll., die fast immer fehlen. Hain gibt nur 100 Bll. an.

Confessionale. bartholomej de Chaymis de mediolano ordinis minorum de obseruantia

44821.

Incipit interrogatoriuȝ ſiue confeſſionale per venerabilem fratrē Bartholomeū de chaimis de mediolano ordinis minorum cōpoſitū in loco ſancte marie de angelis apud mediolanum et diſtinguit̄ in quattuor partes principales.

QUm ars artiuȝ ſit regimen animarū extra de eta. ⁊ qua. Cuȝ ſit. Et inter humana exercitia tanto ſit periculoſi⁹ ſi eo q̄s male fungat̄ quāto aīe p̄cioſiores ſunt oībus reb⁹ ⁊ corpibus. x. q. i. Precipimus. xxiiij. q. iij. Si habes ⁊ de pe. ⁊ re. Cū infirmitas. Profecto ꝯſtat quāta diligentia ⁊ maturitate. quāta ve intelligētia ⁊ diſcretōe opꝫ habeat ſacerdoſ cui cōmiſſa eſt audientia ꝯfeſſionū ⁊ cura aīaruȝ Nā vbi eſt maius periculuȝ ibi cauti⁹ eſt agendū. xlij. diſt. Qui eſcamus. ⁊. c vbi piculū. d̄ elec. libro vi. Eſt eīm talis cōfeſſor iudex ſp̄ualis animarū cōſtitutus ⁊ iudiciaria poteſtaſ expoſtulat vt qd̄ quiſ iudicare debet diſcutiat ⁊ diſcernat. xxx. q. v. Iudicātem. vbi dicit̄. Iudicantē oportet cuncta rimari. naȝ graue nimis eſt ſup re incerta certā dare ſententiā. xi. q. iij. Graue. proinde merito ex̄ de pe. ⁊ re. Oīs p̄cipitur cuilibet cōfeſſori vt ſit diſcretus ⁊ cautus. ſ. circa qualitateſ ⁊ circūſtātias peccatorū perquirēdas ⁊ diſcutiēdaſ. aliaſ cuȝ exp̄ſſo periculo damnatōis ſui ⁊ ſibi cōfitētis cōfeſſioneſ audit iuxta illud Math. xv. cecuſ ſi ceco ducatū preſtet ambo in foueam. ſ. baratrū infernalis cadunt. Ad euitanda igitur hmōi pericula ⁊ diſcrimina precauenda. ⁊ ne ignorātia ſit alicui occaſio delinquēdi. Ergo licet imperitus ⁊ parui ingenij fiduciā tū habens in dn̄o a quo eſt omne datū optimū ⁊ oē donū perfectum qui gratiā ſuā dat oībus affluenter diuidēs ſingulis put vult non ex p̄ſumptōne aut auiditate laudis cōſequende. ſꝫ zelo ſalutis fraterne ac p aliquali cōfeſſorū minus eruditorū inſtructione interrogatoriū perutile cōponere decreui. Et licet pleriq̄ȝ actenus hmōi tractat⁹ fecerint. attamē cuȝ diuiſiones gratiarū ſint ⁊ operationum ⁊ vnicuiq̄ȝ det̄ manifeſtatio ſp̄us ad vtilitatē. i. cor. xij. p̄cipiatur q̄ȝ. i. pe. iiij. vt vnuſquiſq̄ȝ ſicut accepit gratiā in alterutrū illā adminiſtret ſicut bonus diſpenſator multiformis gratie dei cogitanſ q̄ nemo ſibi ſoli naſcitur ⁊ q̄ corporis ⁊ negligētie arguitur a dn̄o ſeruus qui d̄ talento ſibi tradito lucrū reportare nō curat cum ſcriptū ſit exo. xxiij.

⁊ eccle. xxxiij. Nõ apparebis in
ꝯſpectu meo vacuꝰ. talentũ qđ
habeo libẽter cõmunico. vt per
hoc ꝙ ꝓ aliorũ ſalute laborem
iubeo q̃ſi ad fenꝰ illuđ erogãdo
tandẽ cũ lucro reportare queaꝫ
Et vt opuſculũ iſtud cũctis red
dam gratũ carũ ⁊ autenticum
q̃ꝫtũ potui reſecatiſ ſupfluiſ ne
ceſſaria tantũmodo vel multũ
vtilia breuiter ꝯſcripſi . ⁊ ſingu
laria fere ĩ eo ꝯtenta multiphe
rijs iuriũ allegatõibꝰ ſacrorũqꝫ
doctorũ ſententijs ⁊ atteſtatio
nibꝰ corroborare ſtudui . Vt ſic
ꝯfeſſor eruditꝰ ac practicꝰ q̃ſi ꝓ
memoriali habeat ⁊ imperitus ⁊
minꝰ practicꝰ ꝓ occurrentiũ ma
iori declaratione cũ oportuerit
ad iuriũ originalia recurrere et
materiaſ faciliꝰ inuenire valeat
igit̃ ꝓ euidẽtia dicendorũ. iiij. ꝑ
ordinẽ ãnotãda ſunt . Primũ ẽ
de ꝯfeſſoris ligãdi atqꝫ ſoluẽdi
ptãte. Secundũ eſt de peniten
tis ſolertia ad cõfeſſionẽ admiſ
ſione. Tertiũ eſt de circũſtãtiũ
peccatorũ diligẽti inueſtigatõe
Quartũ eſt de penitentie iniun
tione ⁊ peccatorũ abſolutõe

Incipit ꝑma ps huiꝰ opuſcu
li de ptãte ꝯfeſſoris.

Circa primũ notãduꝫ
ꝙ ñ ſacerdos ⁊ ſi poſ
ſit audire peccata cõ
fitẽtis in articulo mortis nõ tñ
pt eũ abſoluere. Nã ſolis ſacer
dotibꝰ date ſunt claues eccleſie
⁊ poteſtas ligãdi ⁊ ſoluẽdi . cuꝫ
Jo. xx. do. dixit eis. quorũ remiſ
ſeritis peccata remittunt̃ eis
⁊c. De his clauibꝰ habet̃ diſ. xx.
. §. i. ⁊ in. iiij. ſen. di. xviij. ar. i. q.
iij. vbi. Rich. dicit ꝙ lꝫ due ſint
claues q̃ꝫtũ ad effectꝰ ⁊ relatio
nes ad illos effectꝰ q̃ ſunt ligare
⁊ ſoluere. claudere ⁊ aperire. eſt
tñ vna ĩ radice. Nã poteſtas iu
dicandi ĩ foro aĩarũ ex duobus
integrat̃. ſ. ex ptãte diſcernẽdi
in cauſe examinatõe. ⁊ ex ptãte
diffiniẽdi ĩ cauſe determinatõe
Prima ptãs dicit̃ clauis ſcien
tie cuiꝰ actꝰ eſt diſcernere rem.
Secunda dicit̃ clauis potentie
cuiꝰ actꝰ eſt determinare cauſã
ligãdo vel abſoluẽdo. ⁊ iſta cla
uis eſt principalior ⁊ ꝯfeſſori pe
nitus neceſſaria. q2 prima ordi
nat̃ ad iſtã ideo de ea prius di
cendum eſt.

Primum capitulum.

Primo igit̃ debꝫ cõ
feſſor habere clauẽ
potẽtie vt poſſit ab
ſoluere penitentẽ. ſ. cũ nõ poſſit
abſoluere eũ niſi ligando ad ali
qđ faciendũ oportet ꝙ habeat
iuriſditionẽ ſupꝫ eũ. ⁊ ſic ꝯcludit̃
ꝙ nemo põt ſolui nec ligari niſi
ꝯfiteat̃ ꝓprio ſacerdoti. ex. đ pe.
⁊ re. Ois. ⁊ đ pe. di. vi. c. placuit
Et dicit̃ ꝓpriꝰ ſacerdos oĩs qui
habet curã alicuiꝰ ordinariaꝫ ſi
ue delegatã ĩ foro aĩe. ſꝫ ſtrictiꝰ
accipit̃ ꝓpriꝰ ſacerdos ille q̃ iure

ſuo ordĩario ⁊ ĩmediate hʒ hãc
curã vt papa eṗs ⁊ curat⁹ pro-
chialiſ. q̄ꝛ vt dicit hoſti. ex̄. ꝺ̄ of.
archip̄. c. iiij. his tribuſ imediate
q̄libʒ aĩa xp̄iana ſubeſt videlicʒ
pape q̄ curã hʒ oĩm generaliter
⁊ vbiqꝫ eṗo ꝑp̄o quo ad ſuã dy-
oceſim. ⁊ de his habet̄ exp̄ſſe ĩ
cle. dudũ. ꝺ̄ ſepul. ⁊ ꝑp̄o curato
quo ad ſuã p̄ochiã vt ĩ. c. Ois
de pe. ⁊ re. hi nedũ p̄nt vbiqꝫ au-
dire ſubditũ ſuũ ⁊ abſoluere ſi-
ue ĩtra territoriũ ſuuʒ ſiue ex̄. ff.
de offi. ꝓcõ. l. ij. ⁊ de oĩ crimine
vbiqꝫ cõmiſſo. ſed etiã aliis hoc
ip̄m cõmittere. ⁊ ſufficit ſubdi-
to ſi ꝯfitea̅t alteri iſtorũ triũ cui
ſibi [illegible]it. vel etiã alteri de
licẽtia cuiuſlibʒ eorũ. ar. ex̄. ꝺ̄ he-
re. Excõicam⁹. i. §. Quia xͦ. ⁊ ĩ
cle. dudũ. Et regulariter idẽ eſt
de quocũqꝫ alio ſacerdote ordi-
nario q̄ hʒ curã aĩarũ ꝑ electõʒ
vel etiaʒ ex officio ſibi ãnexo. q̄ꝛ
ſic p̄t audire ſubditũ ſuũ ita põt
ei licẽtiã dare alteri ꝯfiteri. ſecũ-
dũ pe. de palu. in. iiij. di. xvij. Se-
c⁹ aũt ẽ de ſimplici delegato et
oĩ eo q̄ ex cõmiſſione ſolũ audit
ꝯfeſſiones. q̄ꝛ nõ p̄t alteri cõmit-
tere audiẽtiã ꝯfeſſionũ. Vñ licʒ
q̄s ꝯfiteri poſſit vicario curati.
tñ ip̄e vicari⁹ nõ p̄t dare licẽtiã
illi q̄ alteri ꝯfitea̅t ſm pe. ꝺ̄ pa-
lu. in. iiij. di. xxij. Idẽ de archidya-
cono q̄ lʒ ſit iudex ordinariuſ de
ꝯſuetudĩe. vt notat arch. di. xxv
c. ꝑlectiſ. nõ tñ eſt ĩ foro ꝯſciẽtie

niſi ſit ſacerdos. ⁊ tũc q̄ꝛ audit
ex cõmiſſione epi nõ p̄t alteri cõ-
mittere de offi. archi. Cũ ſatis.
Legat⁹ xͦ pape ẽ ordinari⁹ in
vtroqꝫ foro ĩ ꝓuĩtia ſibi decre-
ta. ideo ſic in exteriorib⁹ dat iu-
dices legatos ita p̄t dare peni-
tẽtiarios. ex̄. ꝺ̄ offi. le. c. i. Summuſ
penitẽtiari⁹ pape ẽ ordinari⁹ in
ſp̄ualib⁹ tm̄. Vñ hʒ penitẽtiari-
os ſuos ſub ſe coadiutores. ⁊ cõ-
cedit licẽtiã eligẽdi confeſſoris.
Nec⁹ de aliis ſimplicib⁹ penitẽ-
tiariis q̄ q̄zuis ſint delegati pa-
pe ⁊ ip̄e ſol⁹ eoſ ponit ac poſſint
oẽs audire vndecũqꝫ venienteſ
nõ tñ p̄nt ſibi aſſumere coadiu-
tores. nec dare licẽtiã ꝯfeſſoreʒ
eligẽdi. Archip̄ſbiter eccl̄ie ma-
ioris. dicit̄ etiã ordinari⁹ ⁊ ꝑpri-
us ſacerdos ⁊ hrẽ curã toti⁹ di-
oceſis ex̄. de offi. archip̄. c. officiũ
vbi glo. ⁊ dn̄. an. ꝺ̄ bu. dicit q̄ q̄-
libet de ciuitate ⁊ dyoceſi p̄t ſa-
cramẽta accip̄e ĩ maiori eccl̄ia.
⁊ q̄ ꝑegrini ⁊ a foris venientes
q̄zdiu morã trahunt in ciuitate
ſunt ſub cura epi loci ⁊ archip̄re-
ſbiteri. ⁊ ſi decedãt debẽt ibi ſe-
peliri. ⁊ ſi alibi ſepulturã eligãt
q̄rta debet̄ eṗo. de hoc ꝑ pau. ĩ
cle. dudũ. de ſepul. Archip̄ſbiter
rural̄ dicit̄ ordinari⁹ q̄ꝛ curã ge-
rit p̄ſbiterorũ ⁊ laicorũ plebana-
t⁹. Nã ĩ q̄libet plebe dʒ eſſe ple-
ban⁹ q̄ ⁊ archip̄ſbiter dicit̄. Et
notat do. an. de bu. vbi ſup̄. c. vt
ſingl̄e. Vicari⁹ etiã epi general̄

dica.ᷓ ordinariꝰ ex̄.de offi.or.īter
cetera.ꝛ de appel.rhomana.li.
vi.ꝛ no.archi.in.ↄplectis. Idez
delegato pape generali.ar.ex̄.đ
offi deleg.c.ſup queſtionū. Idez
de archiep̄o dū viſitat ꝓuintiā
Et tūc credo ꝙ poſſit cōmitte
re alteri audire ↄfeſſionē ſubdi
ti ſuffraganei ſui.ar.ex̄.de of.or.
c.fi. Quis aūt dicat̄ ꝓprius ſa
cerdos p̄latorū ꝗ curialiū.regū
ꝛ principū plene notat̄ p hoſti.
in ſumma.ti.de pe.ꝛ re.§. Cui
ↄfitendū ſit.ꝛ in piſa. Confeſſio
iij.§.xiij.ſecūdo. Querit̄ nūc an
p̄ſbiter ꝑrochialis curatꝰ q̄ʒtū-
cūqꝫ ſimplex poſſit in adiutoriū
ipſiꝰ aſſumere ſibi sociū ad tp̄s
quēcunqꝫ religioſuʒ vł aliū ſine
cuiuſcūqꝫ ſui ſuꝑioris licētia.q̄
habeat ip̄m iuuare forte in qua
dragesima ī ſacramētis ↄferen-
dis ꝛ in officio p̄dicādi.Guil.in
cle. Religioſi de p̄uil.dicit ꝙ ſic
ex quo cura ſibi cōmiſſa eſt.dū-
modo ſibi ↄſtet de eiꝰ ſufficien-
tia allegat notata p inno.đ cle.
ꝑcu. Tua.ꝛ de here.c.excōica-
mꝰ.§.qꝛ vero.ꝛ ex quo taliter q̄
aſſumunt̄ ī socios ſunt rite or-
dinati ita p̄nt facere ipſi ſic cu-
rati.nec deficit eis niſi materia.
Si ergo curatꝰ paret eis mate-
riā poterūt exercere.xiij.q.j. Ec
ce.ꝛ.c.addicimꝰ. Et notat Io.đ
legna.ꝛ Io.de imola.in de.cle.
Religioſi.ꝛ archi.đ.xxv.diſt.ple-
ctiſ.ꝛ.xvi.q.i.c.ij. Querit̄ iuxta

p̄dicta nunq̄d de licētia ꝓprij p̄
ſbiteri ꝑrochialis poſſit ꝑrochi
anꝰ recipe penitentiā a religio-
ſo ſeu alio p̄ſbitero nō curato.
Glo.in de.cle. Religioſi ſup x̄.
Et nota dicit ꝙ nō p̄t recipe ni
ſi ab alio curato ex̄.de pe.ꝛ re.
Omſ.vt ibi notat glo.ſup verbo
ſacerdoti.licet ſecꝰ ī alijs ſacra-
mentis. Pau.đo de laza.hoc li
mitat eſſe verū qn̄ ꝓprius ſacer
dos ſiue ↄfeſſor nō cōmittit ſeu
delegat vices ſuas:ſʒ ſolū licen
tiā ↄcedit. Secꝰ ſi cū licētia etiā
cōmittit vices ſuas.qꝛ tūc pote
rit ꝑrochianꝰ recipe penitentiā
a religioſo ꝛ etiā a p̄ſbitero nō
curato.ꝛ aſſignat rōeʒ diuerſita
tis.qꝛ ī p̄mo caſu videt̄ ſuo iure
ille q̄ ↄfert penitētiā iniungere
qđ eē nō p̄t ex ꝓrogatōe iuriſ
ditōis.cū iuriſditionē talē nō ha
beat.de of.dele.p.ꝛ.g. Secūdo
caſu facit ex iur̄ alieno tāqꝫ de
legatꝰ ꝛ gerēs vicē alteriꝰ.ideo
p̄t. Facit.s.de here.c.fi.ꝛ de fo
ro cōpe.ſignificaſti. Et hec opi-
nio đa.niſi dicat̄ ꝙ cura p infe
riorē ep̄o nō p̄t delegari.vt no-
tat archi.arguēdo de elec. Cuʒ
ex eo.li.vi.qđ nō ē verū ī cōmiſſi
one ſpēali certorū caſuū vel ad
modicū tp̄us ſm̄ Io.an.in d.c.
Cū ex eo ī noue vbi expoīt mo
dicū tp̄s.i.p tres ſeptīanaſ. Fa-
cit qđ notat hoſti.de of.vica.c.
clicos.ꝛ.c. Ad hec. Et notat̄ in
piſa. Simo.iiij. Cuʒ paulo ↄcor.

Jo. ď legna. ⁊ Jo. de imo. in de.
de. Religioſi. Idē do. an. de bu.
in. c. Omnis.

¶ De abilitate religioſorū ad
cōfeſſiones ꝑſonarū ſecularium
audiēdas.

Notandū ꝙ ad hoc vt
religioſi poſſint audi-
re ꝯfeſſiones ꝑſonarū
ſeculariū excepto articulo neceſ
ſitatis oꝫ ꝙ ſint habilitati a ꝓ
prio epō de ꝯſenſu ſui ꝑlati. i. q
de eorū licētia audiant. xvi. q. i.
placuit. ⁊ c. pueir. ⁊ ibi glo. ⁊ ar-
chi. ⁊ dato ꝙ aliq̄ hn̄t licētiā
a ſuo ꝓpo ſacerdote vel ꝑlato e
ligēdi ſibi ꝯfeſſorē quēcūq; etiā
religioſū nō debēt ſine licētia ſui
ſuꝑioris audire eoſ. etiā ſi hmōi
licētiā hn̄t a papa qꝛ velle et
nolle religioſi ē in manu ſuꝑio
ris ſui. xii. q. i. nolo. ⁊ c. nō ꝯicatꝰ
ar. a ſimili. de elec. Si religioſus
li. vi. vbi dicit̄ ꝙ electōi de ſe fa
cte nō dꝫ nec pt̄ aſſentire ſine li
cētia ſuꝑioris. Si tn̄ pp̄ nō ī ge
nerali ſꝫ ſpecifice ⁊ noīatim eli
geret aliquē religioſū ad aliqđ
officiū ꝑſumeret īduſtriā pape
ꝑſone noſcere ⁊ eligiſſe ad illud
ſiue elegiſſet ꝓ inq̄ſitōe ſiue ꝓ
ꝑdicatōe ſiue ꝓ audiēda ꝯfeſſi-
one. vel ꝓ ꝑlatōe. ⁊ tūc nō requi
ret̄ alteriꝰ licētia.

¶ De habilitatōe fratrū ꝑdica
torū ⁊ minorū ad ꝯfeſſiones ſe-
culariū perſonarū audiēdas.

Ad hoc ꝙ frēs ꝑdicatores
⁊ minores poſſint audiē ꝯfeſ
ſiones ꝑſonarū ſecularium. pꝫ ꝙ
magiſtri ꝑores ꝓuītiales ꝑdica
torū aut eorū vicarij. Miniſtri ge
nerales ⁊ ꝓuītiales ac cuſtodes
ordīs minorū ad ꝑſentiā ſe ꝯfe
rāt ꝑlatorū ī ſingulꝭ ciuitatibꝰ ⁊
dyoceſibꝰ ī qb9 ipſorū fratrū lo-
ca ꝯſiſtere dinoſcūt. ⁊ ī ciuitati
bꝰ ⁊ dyoceſibꝰ locꝭ ipis vicinis ī
q̄bꝰ loca hmōi nō habent ⁊ ce-
tera ꝓut habet̄ ī cle. dudū. ď ſe
pul. Et ſi iuxͣ formā illiꝰ cle. Du-
dū dicti ꝑlati ꝑfatos frēs ad cō
feſſiones audiēdas elegerit ſeu
deputauerint audire poterunt.
Si xͦo ꝑlati fratribꝰ ꝑdictꝭ iuxͣ
formā dicte cle. a ſuis ſuꝑioribꝰ
electꝭ ⁊ ꝑſentatꝭ abſolute hmōi
licentiā exhibere recuſauerint.
Et tūc ipſis vt ꝯfeſſiones ſibi cō
fiteri volentiū libere liciteq; au
dire ⁊ bn̄ficiū abſolutōis poſſint
īpendere autoritate aplica gra
tioſe ꝯcedit̄. Per hmōi tn̄ ꝯceſ
ſionē nō intēdit pp̄ fratribꝰ ipiſ
ad ꝯfeſſiones taliter deputatis
ꝑtātem īpendere ampliorē qꝫ
curatꝭ ſeu ꝓchialibꝰ ſuis eſt a
iure ꝯceſſa niſi forte eis eccliaꝝ-
rū ꝑlati vberiorē ī hac ꝑte gra-
tiā ſpecialē ducerēt faciendam
vt vbi. Jo de legna. ibidē ſuper
xͦbo curatꝭ ſeu ꝓchialibꝰ dic̄
ꝙ ꝑ verbum curatis ītelligun
tur prelati collegiorū ⁊ conuen-
tuum vel archipꝑſbiteri ī eccliis

cathedralibus abſente ep̄o.ex.
de ma.ꝛ obe.Cū in ecc[illegible]s.ꝛ.c.
his.ꝗ.de offi.archipꝛ̄ſbiteri.c.of
ficiū.vt ſic hoc verbuꝫ curatis
differat a ſequēti.ſ.ſcīi ꝑrochia
libꝰ.Idē zen.ibidē nō tñ pn̄t p̄
dicti frēs deputari ad audiēdū
ꝯfeſſiones ꝑ ꝓuintiaſ ſꝫ tm̄ ꝑ di
ctas dyoceſes.Sed qd̄ ſi p̄dicti
frēs nō poſſunt p̄ſentari iux̄ for
mā in de.cle.dudū ꝯtentā.puta
qꝛ nō p̄t haberi copia p̄lati vl̄ ē
excōicatꝰ ſeu ſuſpēſuſ dic̄ Pau.
ibidē ꝙ ī pᵐo caſu dn̄t petere
licentiā ꝑ vicario epī ī ſpūalibuſ
ſi illū hꝫ.ar.de tēpo.or.Cū nullꝰ
li.vi.Si x̄o nō hꝫ vicariū ꝛ ma
licioſe facit dicit ꝙ forte ex licē
tia huiꝰ ꝯſtitutōnis poterūt eli
gere.Tutiꝰ tñ ē adire papā vel
ſupiorē p̄lati ꝛ idē dicit in ſcd̄o
caſu qn̄.ſ.foret excōicatꝰ vel ſu
ſpēſus ex.d̄ ꝯceſ.p̄bēn.Quia di
uerſitatē.ꝛ notat Io.de ime.in
cle.dudū.ꝛ collec.in.c.oīs d̄ pe.
ꝛ re.Glo.ſup x̄bo p̄latorū dicit
ꝙ appellatōe p̄latorū intelligū
tur epī ꝛ ſupioreſ ꝑ illud ꝙ dicit
tex.de ciuitatibꝰ ꝛ dyoceſibus.
cō.pau.ibidē q̄ dicit ꝙ p̄lati de
iure cōmuni dicunt̄ epī qꝛ d̄ iur̄
cōmuni habēt iuriſditōeꝫ.ꝛ idē
de eorū loca tenentibꝰ de iur̄ vl̄
de ꝯſuetudine.Aliȷ̄ ſunt p̄lati ex
ꝑuilegio ex.d̄ ꝯſan.ꝛ affi.c.i.ſm̄
Io.mo.qd̄ verū eſt qn̄ tales p̄la
ti ꝑuilegiati hn̄t iuriſditōeꝫ q̄ſi
ep̄alē ī loco ꝛ nulli ſubſunt dyo
ceſano de ꝑuilegiȷ̄s.Abbateſ.li.
vi.Et quo ad tales ſeu loca ta
liū nō ſufficeret licētia dyoceſa
ni.vt notat Guil.vbi.ſ.Et pn̄t
p̄dicti p̄lati ſine p̄dicta ſolēnita
te p̄dictos religioſos ad ꝯfeſſio
nes acceptare cōmittēdo eis iu
riſditōeꝫ ſuā vt notat̄ ī piſa.Cō
feſſio.iiȷ̄.§ xiiȷ̄.in di.e.ti.qꝛ etiaꝫ
ſiñ iſto ꝑuilegio poſſent hoc eis
cōmittere ſeu audiēdi licentiā
dare etiā ex territoriū.ſm̄ guil.
pau.io.de legna.ꝛ io.d̄ imo.vbi
.ſ.idē collec.de pe.ꝛ re.Dis.q.
xxxiȷ̄.Glo.ſup x̄bo ꝯceſſerint di
cit ꝙ dicti p̄lati licētiā audiēdi
ꝯfeſſiones ſemel datā nō pn̄t re
uocare ſine iuſta cau[illegible] [illegible]iu.
li.vi.qd̄ ſemel imo etiā habent
ex ꝑuilegio clemētis.iiiȷ̄.ꝙ hᶜ cō
ceſſio morte ꝯcedētis n̄ expirat
ſꝫ durat etiā poſt mortē p̄latorū
donec eccliȷ̄s ꝓuiſuꝫ fuerit d̄ pa
ſtore.vt ibidē notāt.H.zen.Io.
de legna.ꝛ Io.de imo.glo.ſuper
x̄bo impendāt.Querit an frēs
ſic electi dicant̄ curati.ꝛ ꝯcludit
finaliter ſm̄ Io.mo.ꝙ nō idem
pau.ibidē.H.dicit ꝙ nō ſunt ꝓ
priȷ̄ ordinariȷ̄ nec ꝓprie de le.ſed
ex ordinariȷ̄ cū ī eiſ nō cadat ali
qua p̄latio ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ns nᶜ exᵉpte
ꝯſitentiū aliq̄ ſubiectio.ꝛ ſic p̄t
potiꝰ dici q̄daꝫ gratioſa ordina
tio p̄pe ī fauorē aīarū.vt notat
Io.de imo.ibidē.Differūt eiꝫ a
curatis ī hoc.qꝛ curati in q̄ꝫtuꝫ
curati non pn̄t audire niſi ſuos

ꝓrochianos tm̄. alios nō ſine li-
cētia epi vel curatorū illorū. Se
cundo q: pn̄t cōmittere alijs vt
audiāt ſuos ꝓrochianoſ. vt. ſ. di
xi. ⁊ notat zamba. in cle. dudū.
Tertio q: curati ⁊ eorū vicarij
pn̄t audire ꝯfeſſiones ſubditorū
ſuorū ītra dyoceſim ⁊ ex̄ fratreſ
ỽbo electi ⁊ pn̄tati. ſm̄ formā di
cte cle. dudū. ex tali p̄ſentatōe ⁊
cōmiſſione pn̄t audire ꝓrochia-
nos oīm curatorū illi⁹ dyoceſis
tm̄ vbi ſūt p̄ſentati. nec pn̄t hoc
alicui cōmittere ⁊ pn̄t etiā ab-
ſoluere ſolū intra dyoceſim. de
peccatis tn̄ cōmiſſis etiā ex̄ dio
ceſim. ⁊ ſi ſec⁹ fieret q̄zuis eiſ cō
feſſi ꝓpter bonā fidē excuſarēt
quo ad deū. credētes eos habē
ptātē. tn̄ quo ad eccliā n̄ eēnt
abſoluti. ⁊ ſi ꝯſtaret eis deberēt
iterū ꝯfiteri. vt notat glo. ſuper
verbo Audituri. Cō. zen. pau. ⁊
Jo. de imo. ibidē vbi dicūt etiā
ꝙ ꝯfeſſor ex̄ ordinari⁹ q̄les ſunt
frēs exercētes iuriſditionē etiā
ī foro cōſciētie ex̄ territoriū vel
iuſdicēs ītra territoriū vltra ſuā
iuriſditionē nichil ait. Sed an
poſſint frēs ſic electi abſoluere
religioſos exēptos vel ſimiles.
Glo. ſup ỽbo volentiū. Rn̄det
ſub dubio Jo. de imō. poſt guil.
in glo. ipendāt. ꝯcludit ꝙ ſi ſunt
p̄lati exēpti īferiores epis īme-
diate ſubiecti pape a iure hn̄t
licētiā eligēdi ſibi ꝯfeſſorē ex̄ de
pe. ⁊ re. ne ꝓ dilatōe. ſec⁹ ſi hn̄ti

aliū ſupiorē īmediatū. q: tūc ni
ſi licētiati ſint ab eis ꝙ poſſint
eligere ꝯfeſſorē nō poterūt abſol
ui ꝑ iſtos. ⁊ ſilr̄ nec clerici ſubdi
ti aliorū epōrū. Glo. ſup ỽbo li-
bere. Querit an ꝓrochian⁹ poſ-
ſit ꝯfiteri iſtis religioſis nō peti
ta licētia a ꝓprio ſacerdote pro-
chiali. ⁊ dicit ꝙ ſic. et hoc innuit
ỽbū libere. ⁊ ē ſimile qđ habet
de p̄bēdis lz epīs. li. vi. ⁊ hoc tenē
dū. lz ꝯriū ſentiat Jo. mo. cōcor.
Guil. zen. Jo. ď legna. ⁊ Joh. de
imo. Idē ⁊ do. an. de bu. i. c. oīs.
⁊ de pe. ⁊ re. Glo. ſup ỽbo imꝑ-
tiri. Querit̄ an ꝯfeſſi ⁊ abſolu
ti ab iſtis religioſis habeant ne
ceſſe iterato ſaltē ſemel in āno
ꝯfiteri ꝓprio ſacerdoti ⁊ dicit ꝙ
nō nec obſtat decretal' oīs i pn̄.
de pe. ⁊ re. q: ibi loquit̄ ď illo q̄
alteri nō ē ꝯfeſſus legittime Se
cus aūt h̄ q: legitime iſtis religi
oſis ꝯfeſſus eſt. ⁊ hoc idō tenēdū
ſm̄ glo. ⁊ pau. Guil. zen. Jo. ď le
gna. Jo. ď imo. ⁊ Ste. ibidē. Cō.
do. an. de bu. in. c. oīs. ď pe. ⁊ re.
⁊ Rich. in. iiij. diſ. xvij. ar. iij. q. ij.
Sz an curat⁹ teneat̄ ſubdito dī
cēti ſe ꝯfeſſū dictis fratrib⁹ ſeu
alteri eucharīſtiā miſtrare dic
ꝙ ſic ſm̄ Rich. vbi. ſ. niſi forte
ſacerdos hrēt ſig̃ ꝓbabilia ꝙ il
le nō diceret verū. q: tunc nō te
neret̄ ſibi eucharīſtiā miſtrare.
niſi ille ſibi faceret ſufficiēter fi
dē ꝙ ē ꝯfeſſus. Non obſtat ſi di
cat̄ ꝙ ſacerdos non debet dare

eucariſtiã illi cui⁹ ↄſciẽtiã igno-
rat. qꝛ cuʒ eq̄ tuta ⁊ bona ↄſcia
imo tutiori p̄t cõicare eũ q̄ ↄfeſ-
ſus ē ſine licẽtia ſua hñti ptãteʒ
a ſupiore ſic̄ eũ q̄ ↄfeſſus eſt ſibi
vel ei⁹ vicario. qꝛ cognitio quaʒ
p̄t hrẽ ſacerdes ĩ foro penitẽtie
de ↄſciẽtia ſubditi ſui depẽdet
a ſubditi volũtate. ⁊ dʒ curatus
p̄ſumere ꝙ melius ↄfeſſus ſit q̄
ↄfitet̃ illi quẽ p̄p vel ep̄s elegit
ↄfeſſorẽ ꝑ totũ mundũ vel dyo-
ceſim vt ſunt dicti frẽs cũ ſit ve
riſile ꝙ ñ elegerit niſi idone⁹ vi
ta ⁊ doctrina. ex̄. de of. oꝛ. inter
cetera q̄ʒ ꝗ̄ cõfeſſus ē ſacerdoti
electo de licẽtia ipi⁹ curati. Idẽ
ſcot⁹ di. xvij. q. i. in. iiij. ⁊ Tho. in
quodã quolibet. Cõ. pe. ⁊ hoſti.
Nec⁹ tñ ſi eẽt excõicat⁹ vl̃ noto
rius peccatoꝛ. qꝛ tũc nõ dz̃et ſibi
miniſtrari niſi ↄſtaret d̄ abſolu-
tõe. Glo. ſup ṽbo cõgeſſa. Que
rit an iſti frẽs ſic electi poſſint
abſoluere a caſib⁹ ep̄is reſuatiſ
⁊ dicit ꝙ nõ. ſic̄ nec pñt curati.
Sʒ ꝓ maiori declaratõe ſciẽdũ
ꝙ circa hoc varie ſunt opiones
doctorũ. Aliq̄ ponũt plures ⁊ aliq̄
pauciores. In piſa. Cõfeſſoꝛ pri
mo ponit. ix. eẽ caſus ep̄ales ſcʒ
q̄ttuoꝛ de iur̃. ⁊ quinq̨ d̄ ↄſuetu
dine. ⁊ addit̃ ꝙ nichilomin⁹ pñt
ep̄i ĩ ſuis ep̄atib⁹ caſus alios re
ſuare ꝓut eis videbit̃ expedire
ſicut etiã pñt ↄſtitutões facere
⁊ multomagis h̄ ponit ↄciliũ ſi-
nodale vl̃ ꝓuĩtiale a quorũ ſen-

tẽtijs etiã r̄ligioſi nõ pñt abſol
uere vt i cle. Religioſi de ꝑuil̃.
Io. an. ex̄ de penitẽtijs ⁊ remiſſi
onib⁹ Si ep̄ſ. li. vi. glo. iij. enume
rat plẽs. ſ. Blaſphemiã dei ⁊ ſã
ctorũ. ex̄. de cle. male. c. ij. Sorti-
legiũ. ex̄. de ſortil̃. c. ij. Mr̃imoni
um clãdeſtine ↄtractũ vel ↄtra
ĩterdictũ eccl̃ie. ex̄ d̄ clã. deſpõ.
Cũ ĩhibitio. ⁊ d̄ ma. ↄtrac. ↄtra
ĩter ec. c. i. ⁊ f. Oppꝛ̃ſſionẽ filiorũ
homicidiũ. f̃lm teſtimoniũ. Fal
ſificatõeʒ ĩſtrumẽti. ꝑiuriũ ĩceſtũ
Coꝛruptõeʒ monialiũ. coitũ cũ
brut̃. ⁊ oĩa crimĩa publica ⁊ e-
noꝛmia. hec ille hoſt. ĩ ſũma ſua
e. ti. ponit oẽs p̄dictos caſus et
addit peccatũ ↄ naturã. ⁊ oẽ ali-
bet enoꝛme qd̄ general̃ vel ꝑti-
cular̃ ↄſuetudo reſuat ep̄is. G.
duran. Spe. in reꝑtoꝛio ſuo p̄di
ctis addit alios. ſ. defloꝛãtes vir
gines vi oppꝛ̃ſſas vel ſeductas.
Cõtrahentẽ p⁹ votũ caſtitatis.
Cõtrahentẽ poſt ſponſalia iura
mẽto firmata. Foꝛnicãtẽ cũ iu-
dea vel ſaracena. Cõcipientẽ ꝑ
adulteriũ ⁊ vir credit eſſe ſuuʒ.
Procurãtẽ aboꝛſũ vel ſterilita
tẽ i ſe vl̃ ĩ alio. Cognoſcẽtẽ car
naliter filiã ſuã ſpũalẽ. Baptiſã
tẽ vel tenentẽ ad baptiſmũ. ſeu
ↄfirmatõeʒ ꝓpꝛiũ filiũ ex̄ caſuʒ
neceſſitatis. Uſurarios. Parẽ-
tes verberãtẽ. ⁊ tandẽ ↄcludit.
tot caſus ponere nil aliud ē q̄ʒ
ſacerdotũ ptãteʒ reſtringere q̄
eis plenarie a xp̄o data eſt. Vñ

dico ſacerdotes oīa poſſe quo
ad forū penitētiale q̄ nō ſunt in
iure ſpeāliter epis reſuata vel
ſupiorib⁹ ⁊ q̄ nō ſunt ipis ſacer
dotib⁹ directe vel p aliquā ꝯſe
quētiam iterdicta ar. ex. ꝺ iudi.
At ſi. ⁊ de ſen. ex. Nup. idē indi
recte. ti. ꝺ pe. ⁊ re. q. lxxv. ⁊ ſic vi
deť ꝙ licet epi poſſint ſibi reſer
uare certos caſus q̄ de iure cō
petūt iferiorib⁹. non tñ hoc pñt
ſimpliciter ſʒ p̄dictos doc. ꝟꝟ.
⁊ direc. niſi i duoƀ⁹ caſib⁹. Pri
mo directe. vt cū aliq̄ fuerint le
gitime dep̄hensi ꝙ merito fue
rint tali ptāte priuādi. Secūdo
īdirecte p aliquā ꝯſequentiā. vt
cū aliq̄ caſus emerſerit i quo
p vtilitate cōmuni expediat ꝙ
talē caſuʒ epꝯ retineat ⁊ aliter
nō. xxv. q. ij. de ecclūſticis. Sʒ nō
expedit vtilitati cōmuni tot ca
ſus reſuare. qꝛ hoc eēt iniĳcere
laq̄os. ⁊ viā ſalutis īpedire. Ad
de tertiū. ſ. qñ ſic eēt ꝯſuetudo
vt. s̄. Ex dictꝭ p̄dictorū doctorū
⁊ ex cle. dudū. Jo. de legna ꝯclu
dit ꝙ frēs p̄dicatores ⁊ miores
pñtati, p audiētia ꝯfeſſionū. vt
s̄. pñt abſoluere ab oib⁹ caſibuſ
peccatorū exceptꝭ p̄ciſe q̄ ī iure
epis reſeruanť. Et licet epis ali
quos caſus de ꝯſuetudīe ſue di
oceſ⁹ vel ex ſuo bñplacito. vel p
ꝯſtitutōes ſuas ſinodales vł pe
nitētiales ſibi reſuarēt. poterūt
tñ frēs ab eis abſoluere qꝺ pro
bat ſic. Papa in cle. duduʒ. ſta
tuit ꝙ frēs p̄ſentati iux̄ formaʒ
ibi ꝯtentā habeant eandē auc
ritatē abſoluēdi circa ꝯfeſſiones
quā habēt de iure curati. niſi p
lati vellēt pl⁹ eis ꝯferre. Et ſm
ꝟba durā. nō obſtāt ꝙ doc. po
nāt mltos caſus epis reſuatoſ
curati tñ pñt ſm euꝫ ab oibus
occultis abſoluere q̄ in iure nō
ſunt p̄ciſe epis reſuata ſeu q̄ n̄
ſunt ipis ſacerdotib⁹ directe vł
p aliquā ꝯſequentiā interdicta
vt. s̄. ergo ⁊ ipſi frēs. Sʒ ſi quis
cōtra vult defendere plēs caſus
poſſe epos rationabiliter reſer
uare quo ad ſacerdotes prochi
ales q̄ ſunt ꝺ foro epoꝝ ⁊ eorū
ꝯſtitutōib⁹ ſubiecti. tñ hoc non
poſſunt facere epi erga p̄dictoſ
fratreſ qui exempti ſunt nec eo
rum ordinationibus ſubiecti.
vt extra de excessi prela. Nimis
praua. Cum ergo non poſſint
dicti fratres abſoluere a caſib⁹
reſeruatis in iure epiſcopis. vt
dicitur in cle. Jlla ergo poſſunt
ab omnibus alĳs vtputa reſer
uatis ex conſuetudine particu
lari loci vel ſinodali conſtitutio
ne quia vnum negando aliō ta
cendo conceſſit diſt. xv. qualis.
Nec poſſunt prelati dictam cō
ceſſionem reuocare vel defalca
re. Nec directe negando licen
tiam audiendi quia nichilomi
nus habent fratres p cle. dudū
Nec indirecte prohibēdo pro
chianos ne confiteanť eis. ex. ꝺ

priuil̃.quãto.⁊.c.dilecti.Nec ꝑ
retentonem multoꝝ caſuũ q꞉
fieret in fraudẽ legis qđ fieri nõ
dꝫ ex̃.de ꝯceſ.ꝓben.c.Cõſtitut⁹.
Sileat ergo ħ Jo.mo.q̃ dicit ꝙ
ſi ep̃s p̃t artare ordinariã pote
ſtatẽ curatorum multomagꝭ p̃t
artare ex̃ ordĩarias ipoꝝ fratrũ
q꞉ qđ ꝑ ſuꝑiorẽ ꝯcedit̃ ꝑ inferi-
orẽ artari vel reuocari nõ p̃t vt
patet di.xxi.Inferior.Ad ꝯſtitu
tionẽ aũt cle.Religioſi ḋ priuil̃.
vbi dicit̃ ꝙ a caſibus ordinariis
reſeruatis quẽquã abſoluere non
p̃ſumãt.Rñdet̃ ꝙ intelligẽda ẽ
de caſib⁹ i iure reſeruatis ſic intẽ
dit illa ꝯſtitutio.dudũ.nõ aũt ꝑ
ꝯſuetudinẽ vel ſtatuta aliorũ ꝓ
latoꝝ q꞉ illa remouet papa in
de.cle.dudũ.a quibus pñt dicti
fratres abſoluere.Et ꝑ ꝯſequẽs
vt videt̃ q̃cq̃d dicat̃ poſtiquos
vel ꝑ modernos ḋ talib⁹ caſib⁹
ꝑ ep̃os reſeruatis totũ reuocat̃ ꝑ
ꝯſtitutõẽs dudũ.ſimpliciter q̃ꝫ-
tũ ad dictos fratres.Si enĩ ꝯſti
tutio poſterior lꝫ nõ faciat men
tionẽ de ꝑori ipaꝫ reuocat.vt in
c.licet de ꝯſti.li.vi.multomagis
reuocari dꝫ dicta doctoꝝ ſi in
cõtrariũ ꝓmulgant̃.hoc Jo.de
leg.Idẽ notat̃ idirecte.li.i.ti.xv
.§.lxxvi.Cõtra p̃dicta.ſ.ꝙ frẽs
nõ poſſint abſoluere a caſibus ꝑ
ep̃os reſeruatis quo determinat
glo.vbi.ſ.idẽ tenet Guil.ibidẽ.
dũmodo nõ appareat de mali-
cia.puta ſi oẽs caſus vl̃ maiorẽ
partẽ nõ reſeruatorũ ſibi reſer-
uarẽt.vel alias.Idẽ tenet paul⁹
Ste.laudẽ.ꝫam.⁊ Jo.de imo.⁊
intelligit̃ iſta reſeruatio caſuũ
ep̃alium.de actib⁹ exterioribus
cũ effectu ⁊ nõ de interioribus.
Quia igit̃ nõ eſt clarũ vt ex p̃di
ctis ptꝫ.⁊ varie ſunt opiniones
doctorũ qui ſint caſus ep̃is reſer
uati ⁊ an poſſint de die in diem
caſus p̃dictis fratrib⁹ reſeruare
tuti⁹ ẽ ꝙ frẽs faciãt ſibi ab ep̃o
ḋclarari quos caſus ſibi vult re
ſeruare.⁊ tũc nõ ſe impediãt de
ſeruatis.de aliis ṽo faciant ſibi
generaliter liberã abſoluendi li
centiã ꝯcedere.Abſolutio excõ
municatõnis maioris a iu[illegible]ia
rũ eſt ꝙ pertinet ad ep̃m ex̃.e.c.
Nup.⁊ cõmunitatio quorũlibꝫ
votorũ.ex̃.e.ca.i.exceptis votis
apoſtolice ſedi reſeruatis.⁊ no-
tat Jo.an.in.c.Si ep̃s.de pe.et
re.li.vi.itẽ relaxatio quorundaꝫ
iuramẽtorũ ꝑtinet ad epiſcopũ
Vide plene de hoc in Spe.ti.
delegatis.§.Nũc oſtendendũ
.xo.xxiiij.⁊ tho.ii.ii.q.lxxxix.ar.ix.
⁊ do.An.de butrio.ex̃ de ſpõſa
libus.Preterea.An diſpoſitio
male ablatorũ incertorũ cõpu-
tetur inter caſus epiſcopis ḋ iu
re reſeruatos.Circa hoc ꝓ ma
iori ḋclaratõe duo videda ſunt
Primũ eſt que dicat̃ incerta ⁊
dic ꝙ oĩa ea que q̃s ſibi r̃tinere
non poteſt ſiue q꞉ ꝑ rapinã fur
tũ vſurã fraudẽ damnũ illatuꝫ.

vel rē alienā inuentā, nō habitā
ꝑ derelicta accepit. Vel q꞉ rem
aliquā illicite vſurpauit. ⁊ perſo
ne quarū hmōi res ſunt ignorā
tur. vel ſi ſciūtur nō inueniūtur
ipſi nec heredeſ eorū. Siſr dicū
tur incerta ea q̄ accepit iudex a
parte ꝓ corruptōne iuſticie vel
etiā ꝓ iudicādo ⁊ teſtis ꝓ teſti
ficando. Et breuiter vbicunqꝫ
turpitudo eſt ex parte dantis ⁊
accipientis ex eo ꝙ ꝓhibita eſt
ipſa datio ⁊ acceptio. Et debēt
hmōi īcerta erogari pauperibꝰ
ex. de vſu. cū tu. Secundū eſt cu
ius auctoritate ſeu diſpoſitōne
habeāt hec erogari. hoſti. in. c.
Cū ſit. ex. de iudeis. ⁊ ī ſumma
de pe. ⁊ re. §. vel iuxta ſi. ſub. §.
Sꝫ q̄ forma. ꝟ. Itē ⁊ vbi. tenet
ꝙ talis diſpenſatio ſeu diſtribu
tio male ablatorum incertorū
ſit vnus de caſibꝰ ad epm̄ perti
nentibꝰ. ⁊ ꝙ de eius licētia ⁊ au
ctoritate debebat fieri. Idē te
net Io. an. in regula Peccatuꝫ
de reg. iur. li. vi. ⁊ in. c. Si epūs.
de pe. ⁊ re. e. li. licet alter poſtea
dixerit in. c. Religioſus infra al
legato. Archi. vero in. c. Nō ſa
ne. xiiij. q. v. ⁊ in. c. Religioſuſ de
teſta. li. vi. ſolēniter tractat hūc
articulum ⁊ late ⁊ clare tenet ⁊
cōcludit ꝙ hmōi īcerta poterūt
libere diſtribui ⁊ erogari paupi
bus abſqꝫ auctoritate ſiue ſciē
tia epī vel alterꝰ iudicis eccleſi
aſtici. Nā vbi certa ꝑſona a te

ſtatore deputata eſt ipſamet de
bet exequi. xij. q. ij. de laycis. c. de
epi. ⁊ cle. l. Nulli. ex. de teſt. Tua
⁊. c. Johannes imo. credit ꝙ ille
q̄ recipit male ablata viuēſ mēt
pōt diſtribuere ſi velit vt eſt pla
nus textꝰ in. c. Cū tu de vſur. §.
i. ibi pauperibꝰ erogare. Et hoc
etiā clare īnuit glo. ex. de homi.
Sicut dignū. §. eos Nō obſtat
decre. Cū ſit ꝯ iude. quā allegat
hoſti. quoniā loquitr̄ ꝯ iudeo nō
chriſtiano cuiꝰ actꝰ ⁊ diſpēſatio
quo ad paupes xp̄ianos merito
habetr̄ ſuſpecta ab eccleſia. Vñ
bn̄ dicitr̄. ibi. ſcḋm prudentiā dyo
ceſani epī que ſuſpitio merito
ceſſare debꝫ ī fideli xp̄iano. ⁊ ſic
inquit nō dubito ꝙ epꝯ n̄ habꝫ
ſe intromittere de talibꝰ niſi in
defectū. ſ. vbi nullꝰ deputatꝰ eſt
a teſtatore qui hoc exequatr̄ nec
ipſemet qui hꝫ incerta reſtitue
re ꝑ ſe vult reſtituere. ⁊ ſic hꝫ in
telligi opinio hoſti. hoc ille Lap
pus ab. cōcordare nititr̄ opinio
nes di. ꝙ ī male ablatis incertiſ
ī quibꝰ trāſlatū ē dominiuꝫ nec
cōpetit repetitio vt ī. c. Non ſa
ne. xiiij. q. v. hꝫ locū opīo Archi. ī
his aūt ī qbꝰ dn̄ium nō trāſfertr̄
vel ſi trāſferetr̄ cōpetit repetitō
vt ī. c. Trāſmiſſa. de deci. hꝫ lo
cū opīo hoſti. Io. an. ī. c. Religio
ſus. de teſta. li. vi. ī nouella. dicit
ꝙ vtraqꝫ opinio hꝫ equitatem
opinio hoſti. ad tollēdā fraudeꝫ
quia facile eſſet cuiqꝫ aſſerere ⁊

iurare ſe ſolviſſe. ⁊ ſic multiplici
ter paupes ꝯfraudare. Opinio
ꝯo Archi. h₃ eq̇tatez. q₃ ex quo
debēs icerta reſtituere fideliter
erogat paupib⁹. ꝓut diſponit ꝯ
cre. Cū tu ꝯ vſur. vnde nō appa
ret qre iſte nō debeat eſſe abſo
lut⁹. nō a peccato: ſ₃ ab onere ſa
tiſfaciendi. Et ſubdit. ⁊ ego hoc
vere ⁊ pure faciētez bene habe
rē ꝓ abſoluto. hoc illē. Hanc tn̄
diſtinctōez lapſus ab. cui videt
inherere Joh. an. deſtruit textus
c. Sicut dignū. ex̄ de homic. §.
Eos q̇ loquit i rapina ⁊ ſic i ca
ſu i quo ꝯpetit repetitio. Et tn̄
dicit text⁹. ꝙ diſtributio ibi fa
cta paupib⁹ ꝑ eos q̇ extorſerūt
eis nō ꝓdeſt cū extarēt illi qb⁹
debebat fieri reſtitutio. ergo ſi
illi nō extarēt videt velle text⁹
ꝙ ſibi ꝓfuiſſet talis diſtributio
Hic igit indiſtincte ſententiaꝫ
Archi. eſſe veriorē. ⁊ hāc cōmu
niter tenēt doctores. hāc tenet
Pau. de leaza. in cle. dudu₃. de
ſepul. §. hmōi ſup. ꝯ a iure. ⁊ in
c. Religioſo. ꝯ priuil. §. Quibus
Jo. de imo. in de. cle. dudū. Idez
zabo. Idē lo. cal. idē recipans ꝯ
ſancto Mi. idē Matth. de ro
ma i d. cle. Religioſi. Idē Aſtē.
in ſum. ti. de vſur. ar. vi. §. Cuius
autoritate. Idē piſanus reſtitu
tio. vi. §. finali. Idez Heinricus
boyc. in. de. cle. Cū ſit. Collecta
rius in. de. cle. Cū tu. de vſu. idē
Rich. in. iiij. diſt. xv. ar. v. q. iiij.
Scot⁹ ibidē. q. ij. Idē iohannes
de legna. ⁊ gemi. in de. cle. Reli
gioſus. de tetta. li. vi. vbi recitās
opi. doctorū ꝯcludit hoc idē qd̄
tenet archidyacon⁹ ⁊ ei⁹ ſeq̄ces
ſc₃ ꝙ eps nullaten⁹ ꝑt ſibi reſer
uare diſpenſatōez male ablato
rū incertorū. Abſolutōnez vero
a peccato ſic. Nec repit aliqd̄
ius ſcriptū expſſe ꝓhibēs illi q̇
h₃ reſtituere icerta quin eroga
re poſſit ea libere paupib⁹ ꝑ ſe
ipſu₃ dūmodo fideliter faciat.
Nec ꝓdeſt autoritas epi ſi ma
le diſpēſaret. Qn̄ tn̄ repeteret
eps diſcret⁹ ac timēs deū q̇ ꝯe
eſſet pater paupu₃. ⁊ q̇ largiter
ꝓpos reddit eis diſpēſaret tūc
poſſ₃ hn̄s icerta diſtribuere ad
talē remitti vt ꝯ ei⁹ ꝯſilio diſtri
buerent ⁊ hoc nō dico ꝯ neceſ
ſitate. ſ₃ de cōgruitate ⁊ fateor
talez cautē facere qn̄ q̇s tenet
ad aliq̇d erogandu₃ ꝓ male ab
latis icertis ⁊ de hoc ꝯſtat aut
teſtamēto aut cautōe ſi illō ero
garet de ꝯſciētia epi ⁊ licētia q̇
poſſet diſtributōne facta de ea
rōez exigere. Sz an eps vl quis
alicui⁹ poſſit remittere ſeu cō
ponere cū eo q̇ hab₃ reſtituere
male ablata incerta ꝓ minori
quātitate q₃ ſit pecunia reſtitu
enda ꝓ ipis male ablatis. Pau
i cle. abuſionibus de pe. ⁊ re. ꝯ.
Ad hoc ſup ꝯbo male ablata i
certa. dicit ꝙ nō q₃ receptō tal
pecunie d₃ fieri noīe pauperu₃

per exemplum ſupra poſitum.
¶ Nūꝙ circumſtantia nō variat
ſpeciē peccati ſʒ aggrauat pec-
catū. cuius ratio eſt. q2 nō ipor-
tat primo ⁊ ꝑ ſe repugnantiaʒ
ad rationē ſʒ ex ſuppoſitōe illi⁹
ꝙ primo ⁊ ꝑ ſe importat repu-
gnantiā ad rationeʒ exēpli gra-
tia. Accipe multū vel parū ꝺ ſe
vel ex ſe non dicit nec importat
repugnanciā aliquā ad rationē
⁊ ideo nō importat ex ſe aliquā
deformitatē. nec ratōe boni vel
mali ſed ſolū ex ſuppoſitōe ꝓmi
quia ſcilicet alienū accepit ⁊ ſic
multum de alieno accipere eſt
grauius peccatum q̄ʒ paruʒ ac-
cipere nō tñ eſt peccatū alteri⁹
ſpeciei a primo nec ille q̄ furat̄
multū facit duo peccata ſʒ vnū
grauius tanq̄ʒ qui furat̄ paruʒ
vt ſupra. ¶ Quartū vero mem-
brum nō poteſt eſſe. ſ. ꝙ circum-
ſtantia ſpecieʒ peccati variet ⁊
non aggrauet peccatuʒ. hͨ tho.
vbi ſupra. ⁊ prima ſecunde. q. lx
xiij. in corpe q̄ſtionis ar. vij. Ad
ſecundum qꝺ erat videnduʒ. ſ. q̄
circūſtantie ſint de neceſſitate
cōfeſſionis. ⁊ dico breuiter ꝙ in
cōfeſſione circūſtantiarū. aliq̄d
eſt impoſſibilitatis. aliq̄d imper-
fectionis. aliquid ꝑfectionis. ali-
quid neceſſitatis. aliq̄d maioris
ſecuritatis ⁊ vtilitatis. ¶ Pri-
mo enim omnes peccatorū cir-
cumſtantias confiteri eſt impoſ-
ſibile. cuius ratio eſt. quia cum

ſingulares circumſtantie pecca-
torum ſunt quaſi infinite ſʒ nul-
lus obligatur ad confitendum
ea que in infinitum poſſunt ꝓ-
cedere quia de talibus non eſt
ars neqʒ ſcientia. ergo nullus te-
netur omnis confiteri. ¶ Se-
cundo confiteri circumſtantias
que alleuiant peccatum eſt im-
perfectionis niſi confeſſor ꝺ eis
inquirat vel confitens timeat ſi
eas non confiteatur confeſſorē
propter hoc occaſionem ꝑtur-
bationis vel ſcandali accipere
vel niſi intantum diminuant
peccatum ꝙ ſi non dicantur vi-
deatur mortale quod erat veni-
ale ſicut propter infirmitatem
comedere carnes in quadrage-
ſima. Tertio confiteri aliquas
circumſtantias que aliam ſpeci-
em peccato non tribuunt. vel ſi
tribuunt non tamen ſpeciem
peccati mortalis eſt perfectio-
nis ſicut eſt confeſſio venialiuʒ.
Quarto confiteri aliquas cir-
cumſtantias que ad aliam ſpe-
ciem peccati mortalis trahunt
vt coire cum muliere aliena cō-
iugata virgine vel deodicata.
eſt neceſſitatis. Unde quilibet NB
de neceſſitate tenetur dicere et
confiteri genus et ſpeciem pec-
cati mortalis. ¶ Quinto con-
fiteri circūſtantias in eadē etiā
ſpecie peccatum notabiliter ag-
grauantes ſm̄ Specu. eſt ma-
ioris ſecuritatis et voluntatis.

ratio q: peccati quātitas ſciri nō poteſt niſi ſcitis illis que ei⁹ aggrauant quantitatē. ⁊ ſic vi-detur nō ſufficere illi qui centū marcas argenti vel gregē ouiū ſurat⁹ fuerit dicere ego feci fur tum. cū hoc ita bene poſſit veri ficari ſi accepiſſet vnū ſolum de narium. ſimiliter nō videtur ſuf ficere illi qui gladio ꝓximū vul nerauit dicere: ego pcuſſi proxi mum. ſed debet cōfiteri quanti tatem peccati nō ſolū in ſpecie: ſed ꝑciſe vt ſm quantitatē cul-pe quātitas pene taxet a ſacer dote. Tu dic ꝙ his nō obſtanti bus ſolū circūſtantie trahenteſ in aliā ſpeciē ſunt de neceſſita-te cōfeſſionis nec oportet cōfeſ ſorē ſcire totā peccati quātita-tez. q: nec ipſe peccator ſcire ꝑt ſed ſufficit ꝙ cognoſcat quanti tatem que ex ſpecie peccati cō-ſurgit. nec oportz ſm totā quā titatem peccati penam taxare ſm Alexā. iiij. parte ſue. q. xxij. ⁊ tho. vbi. ſ. ⁊ Bo. in. iiij. di. xvij. ⁊ pe. de taran. ibidez ar. iij. q. ij. Et i corpe. q. Et hec ē cōis opinio theologorū quā etiā tenēt mlti canoniſte. vt notat colle. ð pe. ⁊ re. Omnis. Et he circūſtantie ꝑ-tinentes de neceſſitate ad con-feſſorem ⁊ aliam ſpeciez pecca ti trahentes poſſunt eſſe octo.

Prima eſt conditio rei ſeu ꝑſone. vt ſi peccatū fornicatōis eſt cōmiſſum interroget vtrum cum religioſa ſeu deodicata q: ſic eſt ſacrilegiū. ſ. cū coniugata eſt adulteriū. ſi cū cōſanguinea vel affine. eſt inceſtus. Secun da eſt modus peccandi. q: ſi co-gnouit mulierem alieno modo inaturali ex tali modo vltra ꝑn cipale peccatū fornicatōnis vel adulterij inducitur alia ſpecies peccati mortalis. ſ. ſodomia.

Tertia eſt locus quando. ſ. peccatū cōmittitur i loco ſacro ſeu diuino cultui deputato tūc enī inducit alia ſpecies peccati mortalis. ſ. ſacrilegiū de quo. ſ.

Quarta eſt tempus. cū eniz cōmittitur peccatū mortale in feſto inducit alia ſpecies pecca-ti mortalis. q: vltra ꝓpriam de formitatem ſue materie ex hoc ꝙ cōmittitur in feſto habz aliā deformitatē ſpecialē impugnā-tem tertio ꝑcepto decalogi de ſanctificatōne ſabbati quo ꝓhi betur omne opus ſeruile ⁊ op⁹ peccati eſt opus ſeruile magis qz opus manuale. ideo de eius ꝑcepti trāſgreſſione oportz ſpe cialiter cōfiteri. ⁊ notat Ric. de ly. exod. xx. Sed an idē ſit quan-do peccatū cōmittit in die ieiu-nij ꝑcepti ab eccleſia. videtur ꝙ ſic de con. di. v. Nichil enī pro-deſt. Ric. in. iiij. di. xv. ar. iij. q. vi. dicit ꝙ triplex eſt ieiuniū. ꝑmuz eſt ab iniquitatib⁹ abſtinere et hoc ꝑ qðcūqz peccatū mortale frangit. ſecundū eſt act⁹ ꝟtutiſ

⁊ in eorū vtilitatē ↄuerti. ⁊ ideo
recipiēs quicūqꝫ ſit ille nō pote
rit trāſigere de offi. vica. c. ſi. li.
vi. Saluo. niſi ſup hoc foret pri
uilegiat⁹ a ꝑꝑ ſcḋm eū. Lappus ħ
⁊ Archi. xiiij. q. v. Nō ſane. refe
runt ꝙ hoſti. dicebat ꝙ ī his ī
qb⁹ ē mortale peccatū ſcḋm legē
diuinā vt ī furto ⁊ ī rapia. xiiij.
q. v. penale. epūs nō poterit diſpē
ſare nec etiā papa vt aliq̄ dicūt
quo min⁹ penitētiā agat ⁊ reſti
tutio fiat. ex̄ de vſur. cū tu. xiiij.
q. v. Si qḋ. ⁊ c. multi. ⁊ e. c. q. vi. c
i. In his vero ī qb⁹ ē mortale pec
catū ſcḋm ius poſitiuū. tunc ſi eſt
epiſ ſiue īferiorib⁹ interdicta di
ſpenſādo null⁹ diſpēſare vel pati
entiā ꝑſtare ꝑt niſi ſol⁹ papa vel
is cui ſpecialiter cōmiſerit. Si
vero nō ē īterdicta tūc epūs diſpē
ſare poterit. ⁊ notat̄ ī Spec. ti.
de lega. §. Nūc de epoꝝ. v. do
me⁹ dixit. Ex dictis pauli ⁊ lap
pi elicit̄ ꝙ ↄpoſitio fctā ꝑ epoſ
cōponētes cū heredib⁹ vſurario
rū ſup vſuris ⁊ male ablatis nil
valeat nec patrocinet̄ ↄtuz ad
deū eis qb⁹ tal̄ ſit dicta remiſſio
Optie facit regula peccatū. de
re. iur̄. in li. vi. ⁊ xiiij. q. vi. Si reſ
⁊ notat Jo. ꝺ imo. in ꝺ. cle. Abu
ſionib⁹. hec vera qñ epūs remittit
vel cōponit abſqꝫ rōabili cā cuz
eo q̄ hꝫ reſtituere īcerta ⁊ ꝑt re
ſtituere ſine notabili detrimēto
ſui ⁊ familie ſue abſqꝫ eo ꝙ co
gat̄ mēdicare vt ſolet fieri cum

vſurariis. vt ſi debeat ducēta ꝓ
īcertis dent centū: vl̄ quīquagī
ta. ⁊ reſiduū remittit̄ eis. Nā
talē remiſſionē ſeu cōpoſitōem
nō credo valere ī foro dei ⁊ ↄſcī
entie. q: epī ſunt ꝓpoſiti diſpēſa
tores bonoꝝ pauperū nō diſpē
ſatores. Sec⁹ aūt ſi hoc fierꝫ ex
cā rōabili vt cū q̄s nō poſſet to
tū vel ꝑtem ei⁹ qḋ debet paupi
buſ erogare ſine notabili detri
mēto ſui ⁊ familie ſue ⁊ ſine ma
gna incurſione miſerie tūc eniꝫ
poſſet tanq̄ꝫ paupi ī toto vel in
ꝑte ſibi relaxari ſeu diſtribui. ita
tñ ꝙ ille ſine diſſimulatōe ſit pa
t⁹ totū qḋ ꝑt erogare ſic̄ tenet̄.

De ſciētia neceſſaria cuilibꝫ
ↄfeſſori. Capitulū. ij.

Secundo ↄfeſſor dꝫ hrē
clauē ſciētie q̄ nō ē ꝓ
ꝓrie clauis. ſꝫ ꝑtās diſ
cernēdi ī cauſe examinatōe in
foro ↄſciētie. ⁊ ſic clauis ſciētie
ñ eſt habit⁹ ſciētie nec act⁹ ſciē
di q̄zuis claues eccl̄ie recipe nō
debeat niſi hñs ſciētie habituz
ↄuenientē ſeu ſufficiētē ad exe
cutōez ꝑtatis illiuſ ſcḋm Rich. in
iiij. ḋ. xviij. ar. i. q. iij. q: vt dic̄ du
ran. ī ſūma. li. i. ti. ꝺ ↄfeſ. q. ij. ↄfeſ
ſor quotiēs ſe īgerit ad ↄfeſſio
nes audiēdaſ totiēs ſe offert ad
rñdendū de quolibꝫ ⁊ īterdū de
caſib⁹ iopīatis. ⁊ alias īauditꝭ ⁊
ꝺ qōib⁹ valꝺ ꝑplexiſ. Jo oꝫ ꝙ ſci
at ↄgnoſcere q̄d q̄d dꝫ iudicare.
ꝺ pe. ⁊ ḋ. vi. c. i. Interē tñ iter eū

qui ſponte ⁊ voluntarie ſe inge
rit ⁊ offert ad cõfeſſiones audi-
endas. ⁊ inter eũ qui inuitus et
per ſui obedientiã ſupiorꝭ coa-
ctus ad eas ꝓmouetur. Nã mľ
to maioꝛ ſciẽtia reqrıť ĩ pꝛimo
q̃z ĩ ſecũdo. Et pmꝰ tenetur ad
omnẽ exactã diligentiã ⁊ impu
tabitur ei etiã leuiſſima culpa.
ar. ff. depo. l. i. §. Sepe. Secun-
dus vero qui. ẽ. coactus ꝑ obedi-
entiã cõfeſſiones audit nõ tene
tur. niſi inquantũ ſcit vel poteſt
cõmode ſcire. ff. de re. iur. l. Impo
ſſibiliũ. ⁊ ſufficit ꝙ hẽat ſciaꝫ
⁊ ſi nõ eminentẽ ſaltẽ cõpetẽtẽ
vt. ſ. ſciat diſcernere inter lepꝛã
⁊ nõ lepꝛã. inter peccatũ ⁊ pec
catum. ⁊ ſciat que ſint peccata
capitalia ⁊ que moꝛtalia ſalteꝫ
in cõmuni ⁊ que venialia ex ge
nere de quibus habetur. xxv. di.
§. Criminis. Con. alber. in. iiij.
addẽs ꝙ hec neſciens credit ꝙ
peccet moꝛtaliter confeſſiones
audiendo. Et pluſquã ipſe pec
cat euꝫ inſtituens ſeu inſtitutuꝫ
miniſtrare premiſſã. ſi ſũa iter
eſt talem ꝓhibere. adde ſm du
ran. vbi ſupꝛa. ꝙ cõfeſſoꝛ debet
etiã ſcire canones penitẽtiales
de quibꝰ infra parte. iiij. non tñ
ꝓpter hoc ꝙ ſciat penitentias
iniungere cum hodie penitẽtie
ſint arbitrarie. ex. de pe. ⁊ re. c.
Queſitũ. ⁊ c. Deꝰ qui. ſed etiaꝫ
vt per hoc ſciat culparũ differẽ
tias agnoſcere. opoꝛtet etiã vt
ſciat diſcernere vtrũ ea que ſibi
penitens expꝛimit ſint peccata
vel nõ. puta ſi bella pꝛincipum
ſint iuſta vel iniuſta. Si tallie et
exactiones iuſte exigantur vel
nõ. Si negotia vel cõtractꝰ mer
catoꝛũ liciti ſint vel illiciti. ⁊ an
teneantur ad reſtitutõeꝫ vel nõ
vt per hoc ſciat vtrũ cõfitentẽ
debeat ꝓhibere vel ſuſpendere
a cõmunione aut licẽtiare. Nã
cũ preceptũ ſit cuilibet adulto
ſemel in anno cõmunicare ſi cõ
feſſoꝛ ꝓhibeat a cõmunione il-
lum qui nõ habet peccatũ moꝛ
tale. qꝛ foꝛte iudicat illicitũ eſſe
quod eſt licitũ. vel ecõtra ſi licẽ-
tiat ad cõmunionẽ nõ licentiã-
dum. qꝛ iudicat licitũ quod ẽ il
licitũ impletur ĩ eis illud Ma.
xv. Cecꝰ ſi ceco ducatuꝫ pꝛeſtet
amboin foueã cadũt. niſi foꝛte
ꝓbabilis ignoꝛãtia excuſaret pu
ta ſi cõfeſſoꝛ iudicauerit ſm opi
nionẽ alicuiꝰ doctoꝛis autentici
⁊ famoſi cui innititur. Secꝰ ſi cõ
tra opinionẽ cõmunẽ doctoꝛuꝫ
licet iudicauerit ſm opinioneꝫ
alicuiꝰ doctoꝛis minus autẽtici
Tenetur etiã ſcire cõfeſſoꝛ ca-
ſus ĩ quibus opoꝛtet cõfeſſionẽ
iterari. de quibꝰ pte. ij. c. i. infra
dicetur hec ille Poteſt addi ꝙ
etiã ꝑiculoſuꝫ ẽ audire cõfeſſio-
nes nõ habẽti cõpetentẽ notici
aꝫ caſuũ pape ⁊ epoꝛũ. vt ĩ cle.
Religioſi de priuilegijs. ex pꝛedi
ctis claret ꝙ cõfeſſoꝛ q̃ nec per

ſe ſcit nec in p̄dictis caſibus du
bitare nouit cū periculo anime
ſue ⁊ ſibi cōfitentis cōfeſſiones
audit. q̄ꝛ ſcienter tali imperito
confitetur eius criminis ꝑticeps
efficitur ⁊ eius cōfeſſio inualida
reddit̄ niſi denuo homini ſciēti
confiteat̄. Proinde Auguſti. d̄
penitentijs di. i. Que penit⁊ ait
Qui confiteri vult peccata ſua
vt inueniat gratiā querat ſacer
dotem ſcientem ligare ⁊ ſolue
re ne ſi negligēs circa ſe extite
rit negligat̄ ab eo qui eū miſe
ricorditer mouet ⁊ petit ⁊c. Et
ſi tanta ignorantia in cōfeſſore
reperiet̄ q̄d neſciret ſaltem ea
que [illegible]ta ſunt ſupra ī principio
credo q̄ nō excuſaretur a pecca
to ſi acceptaret hmōi officium
cū ſui periculo ⁊ aliorū. Et ſi in
iūgeret̄ ei per obedientiā niſi
forte ibi nō inueniret̄ vita ⁊ ſci
entia magis idoneus qui vellet
⁊ poſſet hoc facere quo caſu eti
am minus idoneus ⁊ in p̄dictis
nō inſtruct⁹. ſi facit ex charitate
poteſt ſe ingerere. nā q̄d non eſt
licitū neceſſitas licitū facit. ex.
de reg. iu. Q̄d nō eſt. Proinde
tū faceret cōfeſſor imperitus ī
hoc caſu dep̄hendens penitētē
grauibus inuolutū cōſulat ei q̄
data oportunitate iterū de illis
confiteatur perito. vel ſaltē ab
eo conciliū poſtulet. Sed quid
ſi ꝯfeſſori occurrat aliquid in cō
feſſione de quo dubitet ꝑpter
varietatem opinionū doctorū
An ſit licitū vel illicitū ſicut eſt
in non ſoluendo decimas vbi n̄
eſt ꝯſuetudo nec eccleſia petit.
q̄ꝛ aliqui doctores dicunt tales
excuſari. aliqui nō. ⁊ notat Ioh.
an. in. c. i. de deci. li. vi. De em
ptione iuriū locorū. ianue. Mō
tis florentine. ⁊ impreſtitorum.
Ven. q̄ꝛ quidā dicant hanc em
ptionem eſſe licitā. quidā illici
tam. dic ſm. xx. q̄ in his caſib⁹
⁊ ſimilibus ꝯfeſſor nō debet p̄ci
pitare ſententiā de mortali nec
ꝯdemnare contrariū facientes
ſe contrariā opinionē tenentes
nec ꝑpter hoc debet abſolutio
nem denegare. ſed terrorem in
cutere exponendo eis periculū
conſulendo ſemꝑ q̄d tutius eſt
ſ. vt ab hmōi ſe abſtineant

Incipit ſecunda pars princi
palis huius opis de penitentis
ad ꝯfeſſionem admiſſione.

Circa ſecundū notan
dum q̄ ꝯfeſſor pecca
torē venientē ad cō
feſſionē benigne dul
citer ⁊ charitatiue recipe debꝫ.
xxvi. q. vij. ꝑ totum Et vt ſecure
prudenter ⁊ diſcrete ꝑcedat q̄ꝛ
in ꝑceſſu audiētie ꝯfeſſionis pe
nitentis ſepius occurrūt aliqua
ꝑpter que cōfeſſor cognoſcit ſe
nō debere nec poſſe d̄ iure ip̄m
ꝯfitentem abſoluere. debꝫ ante
oīa de hmōi inueſtigare dili
gēter. ne ſi poſt audiētiā p̄ctorū

ꝯfitētis aliqđ tale impedimē
tum inueniens velit eū recuſa-
re ſeu ſibi abſolutōez denegare
moleſte ferat ⁊ merito de ipſo
confeſſore poſſit conqueri quia
vt quidā ait turpius eijcitur ꝙ̄z
non admittitur hoſpes.

¶ Octo ſunt caſus quos ponit
hoſti. in ſum. in quibus pt q̄s al
teri ꝯfiteri ꝙ̄z ꝓprio ſacerdoti.

¶ Capitulū primū.

PRimo igit̄ ſm hoſt.
in ſumma debet cō-
feſſor inueſtigare e
penitente cuius pa
trie ⁊ epatus ſiue iuriſditōis ſit
⁊ ſi nō ſue iuriſditionis eſt ſed
aliene. remittat eū niſi ī caſibus
in quibus licet alteri ꝯfiteri ꝙ̄z
ꝓprio ſacerdote ſine eius licen-
tia. quos idē ponit hoſti. in ſum
ma ti. de pe. ⁊ re. §. Cui ꝯfiten-
dum. ⁊ ſunt octo quorū Prim⁹ (Prim⁹ caſ⁹ ē)
eſt qn̄ ꝓprius ſacerdos eſt om̄i-
no indiſcret⁹ ⁊ ignarus. vt qꝛ ne
ſcit diſcernere inter peccatū ⁊
peccatū. Nā qui vult ꝯfiteri de
bet querere ſacerdotē qui ſciat
ſoluere ⁊ ligare. de pe. di. vi. qui
vult. ⁊. c. ſi ſacerdos. ⁊ de hoc ſa
tis p Arch. Et licet tuti⁹ ſit in
hoc caſu petere licentiā a ꝓprio
ſacerdote vel ab ei⁹ ſupiore tñ
nō videt̄ neceſſariū cū ratione
ignorantie ꝓprij ſacerdotis ipſo
iure ꝯcedat̄ licētia ꝯfitendi al-
teri. vt in. c. placuit. de pe. di. vi.
Facit ad hoc gloſa. e. di. §. Ad

autem. ⁊ de re. iur̄. induitū. li. vi.
cum ſuis cōcordan. ſollicitator
ad malum vel pronus ad pecca
tum ꝙ quis debet confiteri vel
ex confeſſione immineret peri-
culum confitenti vel confeſſori
vel ſi eſſet reuelator cōfeſſionis.
etiā ſi dormiens ſomniando re
uelaret vt aliquibus accidit de
quo in ſimili in cle. i. de homic̄.
vel ſi ſit peccatū cōmiſſum ꝯtra
ipm ſacerdotē vel ꝯtra ſuos cō-
iunctos vel ɔiūctas non debꝫ
ſubditus ſibi ꝯfiteri ſed petere
licentiā ab eo. ex̄. de pe. ⁊ re. oīs
Cō. pe. tho. alla. Inno. ⁊. ẋẋ. Et
licet quidā intelligāt hoc verū
ſolum qn̄ cauſa ꝓpter quā vult
alieno ꝯfiteri nō ꝓcedit ex defe
ctu ꝓprij ſacerdotis. tñ qđ prius
dictū eſt meli⁹ videt̄ indiſtincte
ſiue cauſa ꝓcedat ex defectu ꝓ
prij ſacerdotis ſiue nō. Et debꝫ
ſacerdos credere petenti ⁊ alle
ganti ſaltē in genere iuſtā cām
qꝛ nō eſt veriſimile ꝙ cū fallatijs
vadat quis ad penitentiā vt di
cit glo. in. c. placuit. de pe. di. vi.
Et ſi ſacerdos malicioſe licētiā
iuſta decauſa petitā dare recu-
ſat. glo. in de. c. Ois. ſup verbo
obtineat. dicit ꝙ pt poſtea ire
ad aliū. ar. de regula. c. licet. Al
vadat ad ei⁹ ſuperiorē ſi poteſt
vt illū cōpellat vel ipe det licen-
tiā ar. de iure patro. c. Nullus. ⁊
de pe. ⁊ re. ca. fi. in fine. Dicit tñ
hoſti. ꝙ ſi piculū nō eſt in mora

tunc hoc caſu tutius eſt ꝑ licen
tiã ſupioꝛem adire. Si aũt ꝑicu
lum eſt in moꝛa ſtatim poteſt li
bere aliũ ſacerdotẽ adire ⁊ hoc
referũt Joh. an. ⁊ do. An. de bu.
ſup dicta glo. c. oĩs. Qđ ſi non
poſſet in ꝑdictis caſibꝰ ⁊ ſilibus
aliũ ſacerdotẽ habere cui ꝯfite-
atur q̄ꝫ ꝓpriũ ⁊ neceſſitas imi-
neat. vel eligat ſine confeſſione
moꝛi ⁊ ſoli deo ꝯfiteaẽ vel pro-
prio ſacerdoti in genere de omĩ
bus aliis ſubticẽdo omnino pec
cata ⁊ circũſtantias ex quibus
veriſimiliter poſſet periculũ im
minere. vel ex eius maluꝫ aliqđ
ꝓuenire. Deꝰ enĩ ſic oꝛdiat opa
ſua q̄ nõ vult eẽ cauſa mali. hoc
tenẽt Innocẽ. hoſt. Jo. an. do. an.
de bu. ⁊ oĩs moderni cõmuni-
ter. Si aũt ꝓprius ſacerdos eẽt
ligatus eccleſiaſtica cenſura. pu
ta q2 eſt hereticus excoicatus
ſciſmaticus interdictus vel ſu-
ſpenſus quo ad ſe ⁊ quo ad ali-
os. cũ omnes tales habita noti
cia de predictis in diuinis offi-
ciis ⁊ ſacramentoꝝ perceptiõe
ſint regulariter euitandi. poteſt
ſubditus talẽ ꝓpriũ ſacerdoteꝫ
iuſte reſpuere. nec debet ſibi cõ
fiteri ſed debet ad ſuperioꝛẽ re
currere vt ſibi det licentiã alie-
num adire. vel ſibi alias ꝓuide-
at de remedio opoꝛtuno. Qđ ſi
non poteſt licentiã obtinere nᵉ
ſibi aliter ꝓuidetur. dicit Tho
mas in .iiij. diſt. xvij. qđ idem eſt

iudicium. qđ de illo qui non ha
bet copiam ſacerdotis. Secun-
dus eſt cũ quis tranſtulit domi
cilium de vna ꝓchia ad aliam
q2 ſtatim efficiẽ parrochianus
illius eccleſie ad quã ſe tranſtu-
lit. Et ſubiectus illi curato ĩ om
nibus que ad ius ꝓchiale per
tinent preterq̄ꝫ in decimis ꝑdi
alibus que regulariter illi eccle
ſie debent dari. in cuius parro-
chia predia ſunt ſita. ex. de ꝓo.
c. ſi. ⁊ xvi. q. i. Si quis laycus. Et
hoc verum eſt ſi ſe trãſtulit ani
mo remanendi ⁊ ex toto. q2 tũc
ſtatim q̄ explicatis ſarcinulis
ſuis in domicilio conducto rece
ptus eſt. effectꝰ eſt de foꝛo illius
alias ſola poſſeſſio non conſti-
tuit domicilium. vt notat hoſti
enſis in ſumma. titulo de par-
roch. §. quis itelligatur. ⁊ archi
di. xiij. q. ij. §. Quia ergo in fine
Attamen ſi quis per annuꝫ mo
raretur in aliqua parrochia li-
cet non ſe tranſtuliſſet animo
remanendi bene efficeretẽ tunc
de foꝛo illius vt notat Innocẽ.
in capitulo. Omnis vtriuſq; ſexus. de peniten.
⁊ remiſſio. Si vero in diuerſis
equaliter quis degit parrochiis
vel locis vtriuſq; parrochia-
nus intelligitur et poterit reci-
pere eccl'aſtica ſacramẽta vtro
biq; tempoꝛe quo ibi moꝛatur.
puta ſi eſtiuali tempoꝛe moꝛa-
retur in vna. Hiemali vero in
alia. Secus tamen ſi appareat

q̄ horum domiciliū ſit principa
lius. Tutius tñ eſſet ſi talis ꝺ li
cētia ſui epiſcopi elegat ſibi cō
feſſorem. ⁊ notat hoſt. vbi ſupra
Tertius caſus eſt quando quis
eſt vagabundus nulli habēſ nec
querēs domiciliū ſed hincinde
circuiens. talis enī poteſt vbiꝗ
ꝯfiteri cuilibet ſacerdoti execu
tionem ordinis ſacerdotaliſ ha
benti nedū quo ad celebrandū.
ſed etiā quo ad ſoluendū ⁊ ligā
dum. vt notat̄ infra in ſi. viij. ca
ſus. ar. ff. de iudi. l. heres abſens
nam ⁊ vagabundus criminoſuſ
vbiꝗ puniri poteſt. C. vbi ꝺ cri
mine agi oportȝ. li. i. ⁊ ex̄. ꝺ rab.
c. i. ⁊ monachus vagabundus
vbiꝗ capi poteſt. xviij. q. ij. Ab
bates. idem qꝺ de vagabundis
eſt ⁊ ꝺ mercatoribus qui nuſqȝ
habent domicilium ſed ſemper
ſequuntur nundinas. Negocia
tores vero ⁊ viatoreſ romipede
⁊ peregrini ſi ſine licentia ꝓprij
curati iter arripiant vel peregri
nentur non poſſunt penitentiā
ſeu eccleſiaſtica ſacramenta ab
alio ſacerdote recipē niſi in ne
ceſſitate ꝯſtituti. ſ. periculi mor
tis. vel niſi alicubi moram traxe
rint per annuȝ ſeu paulominus.
vt infra caſu. vi. Si vero cū eius
licentia receſſerint tūc diſtingue
qꝛ in negociatorib⁹ ⁊ viatorib⁹
requiritur licētia exp̄ſſa ⁊ expli
cita ad hoc vt poſſint confiteri
⁊ cōmunicare alias nō poterūt
niſi vt ſupra. Romipede vero ⁊
peregrinantes ad loca ſancta ſi
de licentia ꝓprij ſacerdotis iter
arripuerint ſiue peregrinatōnis
inſignia ab eo acceperint eoipſo
videt̄ eis tacite dediſſe licentiā
cui maluerint confitendi de om
nibus peccatis que cōmiſerint ī
via vel per obliuionē omiſerint
ꝯfiteri antē receſſum. aut etiam
ſcienter ſm. Ho. Co. innoc̄. in c.
Omīs. de pe. ⁊ re. ſubdēs. Cre
dimus etiā talibus datam eē li
centiam recipiendi eccleſiaſtica
ſacramēta a quo maluerint. A
caſibus vero epiſcoporum reſer
uatis ſi peregrinatōnis in[illegible]
ab eo receperint vel alias de ei⁹
licentia iter arripuerint eoipſo.
vt ſupra videt̄ eis implicite da
ta licentia confitendi cui malu
erint ⁊ abſoluere ſe faciēdi etiā
de caſibus ad epiſcopū pertinē
tibus. ſicut ⁊ de pertinentib⁹ ad
parrochialem dictuȝ eſt. Quar
tus caſus eſt cum quis proprio
domicilio relicto nauigat vel in
terfecit querens quo ſe transfe
rat. quia poteſt vbiꝗ confiteri
quouſꝗ alicubi habeat cum ta
lis dicatur eſſe ſine domicilio.
ff. ad munici. l. Labeo. in princi
pio. ⁊ l. eius. §. celſus. ⁊ no. Ric.
in. iiij. di. xvij. ar. iij. q. i. Quint⁹ ē
ratione delicti. ſ. quādo quis de
liquit in aliena parrochia. extra
de rap. ca. i. ⁊. vi. q. iij. placuit. qꝺ
intelli. verum ī foro iudiciali ſm

Rich. vbi ſup. xvi. q. i. c. v. ⁊ col-
lec. in. c. Om̄is. de pe. ⁊ re. puta
cū quis eſt excōicatus in loco d̄
licti. vt fieri ſolet in furtis et ſi-
milibus. Nam tunc non poteſt
abſolui a ꝓprio ſacerdote ſꝫ ad
excōicatorem mittendus eſt ab
ſoluendus. vt in iuribus ſupra al
legatis. Secus aūt in foro peni
tentiali quia delinquens in par
rochia alterius ratione domici
lij poterit bene abſolui a ꝓprio
ſacerdote nedū a peccatis ſed
etiā ab excōicatōne iuris cōmu
nis ſeu ſinodalis aut prouintia
lis quā ꝯtraxerat in aliena dyo-
ceſi poterit a ꝓprio ep̄o abſolui
niſi fuerit pape reſeruata. vt no
tat collec. in. c. excōicatis. de of.
leḡ. Et hanc ſententiā tenet ab
bas. ſi. ex̄. ne cle. vel mo. ſuꝑ ſpe-
cula. ⁊ de ſen. ex. Nup. ⁊ in direc.
li. i. ti. de pe. ⁊ re. §. xcix. ſecundū
archidyaconū. Sextus caſus eſt
ratione ſtudij. naꝫ vt dicit inno.
in d. c. Omnis. Scolares ⁊ alij
incole annales ⁊ mercenarij de
bent cōfiteri ſacerdoti ꝓrochie
quā incoluut per annum. ar. ff. d̄
iudic̄. l. Si longius. §. i. xvi. q. i.
Queſti. vbi dicitur ꝙ ibi debēt
ſoluere decimas perſonales. qꝛ
ibi recipiunt eccleſiaſtica ſacra
menta ꝑ anni circulum. Alij di-
cunt ꝙ idem eſt etiā ſi ad min⁹
tempus conducent domos. ar.
extra de deci. ad apoſtolice ma
xime ſi ſine fraude ꝯductio vel
habitatio ꝓrogaretur vltra na
tiuitatem domini vel paſca. qꝛ
tunc ex p̄cepto decre. Omnis.
ſemꝑ debent confiteri ⁊ cōmu-
nicare. Et hoc qđ dicit inno. de
ſcolaribus verum eſt de ſcolari-
bus laycis. Secus aūt de cl'icis
quia vt dicit hoſti. in ſum. ti. de
parroch. §. Quis intelligatur ⁊
notat archidi. xiij. q. ij. Quia er
go in fi. ſi clericus ſtaret ꝑ. xxx.
annos in ſtudio ſine licentia p̄-
lati ſui numq̄ꝫ ꝯtrahit domicili-
um. ſed ſi de eius licentia ſe trāſ
tulerit ſtatim efficit̄ de foro et
iuriſditione illius epiſcopi ad
quem tranſit ⁊ ſi non perpetua
tamē temporali. in om̄ibus igi-
tur p̄miſſis tutius eſt ſm̄ Inno.
ꝙ ⁊ viatores ⁊ alij ſemꝑ a ꝓp̄o
ſacerdote licentiā habeant ſpe
cialem. Immo nō licet clericis
ſiue laycis ꝓficiſci ſine licentia
epiſcopi de con. di. v. Nō opor-
tet. ij. ⁊ ibi ꝑ glo. ⁊ archi. ⁊ extra
de vo. redemp. c. Magne. Ideꝫ
in direc. vbi ſupra. §. lxxxvi. Se-
ptimus caſus eſt ratione neceſ-
ſitatis quia in articulo mortis
conſtitutus ſiue occaſione infir
mitatis ſiue alteri⁹ periculi bel
li maris ⁊ hmōi in abſentia pro
prij ſacerdotis cuilibet ſimplici
ſacerdoti catholico dummodo
cenſura eccleſiaſtica non ligato
confiteri poteſt ⁊ ab eo abſolui
ab omni peccato ⁊ excōicatōne
ſiue a iure ſiue ab homine. ex. d̄

ſepul.par rochiano.⁊ notat Ri.
in.iiij.di.xviij.ar.x.q.i.niſi ſpecia
liter aliud ſit ſtatutū.vt in excõ
municatõibus proceſſus curie.
Quãdo tñ poteſt epi copia ha
beri nõ debet ſe ſimplex ſacer
dos de caſibus reſeruatis.etiaꝫ
ĩ hoc articulo intromittere ſm
Inno. Et hoc etiam caſu abſol
uens ab excõicatione ſuperiori
reſeruata iniūgeret abſoluto ꝙ
impedimento ceſſante quãcito
cõmode poterit ſe illi repñtet
a quo fuerat abſoluendus man
datum eius humiliter ſup hoc
recepturus.ex̄ ď ſen.ex.ea noſci
tur alias reincidit in eandē ſen
tentiã.vt in.c.eos.e.ti.li.vi. Se
cus aūt ď caſib⁹ reſeruatis epo
qꝛ ex quo ſemel abſolutus eſt nõ
expedit ꝙ iteruꝫ epo remittat
abſoluendus de neceſſitate.ſed
de bene eſſe. Adde ꝙ etiã talis
in periculo mortis ꝯſtitutus.po
teſt ꝯfiteri layco deficiēte ſacer
dote.ſed nõ poteſt ab eo abſol
ui. Ideo euaſo periculo tenetur
iterū confiteri eadē peccata nu
mero ſacerdoti [illegible] copiam
habuerit.vt notat tho.in.iiij.d.
xvij. Octauus caſus eſt ſi ſacer
dos nõ ꝓprius ponat ſpem ĩ ra
tihabitione proprij ſacerdotis.
hoc tñ cõmuniter non tenetur
qꝛ in talibus nõ habet locū rati
habitio.ff.de reg.iur.l.actus le
gitimi.⁊.e.ti.c.Actus legitimi.
⁊.c.ratihabitionē.li.vi.⁊ ibi per
dinum.⁊ Ioh.an. Et ſic habes
octo caſus in quib⁹ pt quis cõ
fiteri alteri qꝫ ꝓprio ſacerdoti.
Nõ tamē poteſt ꝯfiteri cuilibet
ſacerdoti ſed his tñ qui habēt
executionem ordinis ſacerdota
lis ⁊ ad ꝯfeſſiones ſunt habili
tati.licet nõ ſint curati habilita
ti dico a ꝓprio epo ſi ſunt ſacer
dotes ſeculares.vel ab eo ď cõ
ſenſu ſui prelati ſi ſunt religioſi.
xxv.di.c.perlectis.⁊ ibi Archi.
Cõ.tho.vbi ſupra. Et duran.in
ſumma pte illa.ti.de cõfeſ.q.x.
in articulo tamen neceſſitatis
poteſt abſoluere vt ſupra dixi.
caſu.vij.quilibet ſimplex ſacer
dos etiam ad confeſſiones non
habilitatus ſm Rai.qꝛ qď eſt il
licitum neceſſitas facit licitum
Cõ. Bo.in.iiij.diſt.xix. ar.iij.q.i.
Et collec.in.c. Omnis.ď pe.⁊ re.
Conſulunt etiã Rai.⁊ hoſti.et
cõmuniter moderni ꝙ in omni
caſu quo quis poteſt audire ali
enum parrochianū debet audi
ens de bene eſſe ꝯfitenti iniun
gere ꝙ ſe repñtet ꝓprio ſacer
doti.ar.ex̄.de ſen.ex.decreto. et
c.ea noſcit̄.⁊.c.qď de his.

## Capitulum ſecundū.

Secundo debet con
feſſor penitenteꝫ in
terrogare ſi ſe ad cõ
feſſionem prepara
uit ⁊ conſcientiam ſuam qꝫtuꝫ
potuit diligenter examinauit.
Si reperit impreparatum ⁊ nõ

bene diſpoſitum remittat eum
ſuadēdo vt ſe diligenter prepa-
ret ⁊ precipue ſi oportȝ confite
ri generaliter vel de multo tem
pore. ⁊ non ſit periculum in mo
ra inſtruendo eum q̄ ad hoc vt
facilius reminiſci poſſit omniū
peccatorū ſuorū. Primo diſcu-
tiat vitam ſuā diſcurrendo di-
uerſas etates ſuas. ſcȝ puericie.
Adoleſcentie virilitatis ⁊ ſene
ctutis. Secundo ꝯſideret diuer
ſos ſtatus. ſ. virginalem. vidua-
lem. ⁊ matrimonialem. Tertio
diuerſas fortunas ꝓſperitatis
aduerſitatis ſanitatis ⁊ infirmi
tatis. Quarto diuerſa officia ⁊
exercitia que plerumqꝫ exercita
uit. Quinto diuerſas ſocietateſ
cū quibus conuerſatus eſt. Se
xto diuerſa loca ciuitateſ caſtra
villas ⁊ domos in quibus fuit.
Septimo conſideret diuerſas
culpas quibus deum offendit.
Corde conſentiendo ore loquē-
do ⁊ ope adimplendo. Si vero
ꝑparatum ⁊ bene diſpoſitū in
uenerit vel non aſſit tempꝰ ad
preparandū ex corde tn̄ doleat
⁊ hmōi negligentia ꝓcedat in-
terrogando de caſibꝰ immedia
te ſequentibꝰ vt ſciat ſi tenetur
iterare ꝯfeſſiones precedentes
vel non.

¶Sex ſunt caſus in quibus te
netur quis iterare confeſſionē.
duo ex parte confeſſoris ⁊ quat
tuor ex pte confitentis.

PRimꝰ caſus eſt ſi cō
feſſori defuit ptās
abſoluēdi qḋ poteſt
ꝯtingere dupliciter
ſm duran. in ſum. ti. ḋ confeſ. q.
xxvi. Aut q꞉ confeſſor habet po
teſtatem artatam quo ad aliqḋ
peccatū confeſſum vt ſi ꝯfitenſ
confitetur aliqḋ peccatum cuiꝰ
abſolutionē ſibi reſeruauit epſ
⁊ tn̄ de facto ipſe ꝯfeſſor ab illo
abſoluit. hoc enim caſu confeſ-
ſus illi ſacerdotiū de hoc ſibi cō
fiterit tenebitur iterum confi-
teri ſuperiori illud idem pecca-
tum numero a quo non potuit
abſolui a ꝓprio ſacerdote ſupio
ri iterare nō tenetur. nec hoc ca
ſu dicit̄ cōfeſſio diuiſa. quia ex
quo omnia peccata ſua integre
confeſſus eſt primo ſacerdoti.
abſoluens ſecundo perficit qḋ
inceptum erat. ⁊ notat Rich. in
iiij. diſt. xvij. ar. i. q. xiij. vbi dicit
q̄ debet p̄cedere abſolutio ſupi
oris. aliqui tamen eꝫ. aut q꞉ cō-
feſſor nullam habet poteſtatem
abſoluendi ordinariam ſeu de-
legatam. puta quia non erat ſa
cerdos licet reputaretur vel ir-
regularis vel carens titulo. erat
intruſus aut excommunicatus
aut ſuſpenſus ab officio ⁊ huiuſ
modi. Nam abſolutus a tali
cū ei confiterit de hoc tenetur
iterum eadem peccata cōfiteri.
q꞉ realiter nō erat abſolutꝰ quā
uis ignorantia ꝓbabili durāte

qua ad deū excuſet ſm docto.
Idē inno.in.c.dudū.ſecundo de
ele. Poteſt ſic diſtingui.aut im
pedimentū ſacerdotis abſoluē
tis eſt iuris diuini.vt q2 nō fuit
baptiſatus ſeu nō fuit ſacerdoſ
ordinat⁹.⁊ hoc caſu abſolutuſ a
tali hoc agnito tenet iterū con
fiteri ſm Rich.vbi ſupra.ar.iij.
q.iij.nec in hoc papa poſſet di
ſpenſare.vt dicit pe.de palu.ibi
dem.q.vi.Aut eſt iuris humani
ſeu poſitiui.vt ſi eſt excōmuni
catus ſuſpenſus ⁊ hmōi.⁊ tunc
ſi impedimentū eſt notoriuz.vt
q2 publice verberauit clericum
vel manifeſte eſt intruſus carēs
titulo eccl'ie curate nec eſt a ſu
periore ꝯfirmat⁹ ⁊ ꝯſequenter
nō habet vllā poteſtatē ſup par
rochianos illius eccleſie tali cō
feſſus tenet iterū alteri cōfite
ri.Si vero impedimentū eſt oc
cultū ꝯfitēs tn̄ ſcit illud ꝯfitēdo
illi peccat mortaliter cōicando
ei i diuinis ⁊ iterū tenet cōfite
ri.Si vero neſcit illud q2 et ſibi
⁊ aliis eſt occultū puta q2 pcuſ
ſit clericū nullo vidente.hec eſt
ignorantia facti que excuſat.iō
hoc caſu nō tenet iterare q̄uis
poſtea illud impedimentuz fue
rit detectum.Secus ſi hoc ne
ſciret ignorātia iuris puta ſcit
illū excōmunicatum ⁊ tn̄ credit
ab illo poſſe abſolui.Hoc enim
caſu n̄ excuſat.Cō.Ri.in.iiij.d.
xv.iij.ar.vij.q.i.vbi dicit q pma
opinio circa hoc nimis dura vi
detur.ſ.q abſolutiones ⁊ ceteri
actus legitimi quos aliqui exer
cent ⁊ū eorū latet excōmunica
tio ſint irriti ⁊ inanes iudicandi
poſtq̄z eorum excōicatio fuerit
detecta.Ideo ſecūda opinio mi
tior eſt ⁊ ratōnabilior que dicit
abſolutiones occulti excōmuni
cati tenere etiam ſi poſtea dete
cta fuerit.Ar.de ſententia ſerui
publice putabat liber que rata
eſt.⁊ certa.⁊ extra d̄ iure patro.
Cōſulationib⁹.⁊ extra d̄ excep.
Exceptionē in gloſa ⁊ de cle.ex
mi.Apoſtolice.Non ob.extra d̄
ſen.⁊ re iudi.ad pbandum quia
ibi loquit de publico excōicato
Idē pe.de palu.vbi ſupra.Dn̄s
an.de bu.in.d.c.dudū.ſecundo.
dicit q prima opinio tutior eſt.
⁊ ideo tenēda ſm eū.Secund⁹
caſus eſt pp̄ter ignorantiā con
feſſoris.puta quia neſcit ligare
nec ſoluere ſeu diſcernere inter
mortale ⁊ veniale ⁊ ꝯſequenter
nec rite abſoluere.⁊ ſic ille qui
ſcit talē eſſe confeſſorē ⁊ alium
querere negligit cū poſſit tene
tur eadem peccata numero cō
fiteri alteri idoneo confeſſori.d̄
pe.di.vi.Qui vult.⁊ notat Ri.
in.iiij.vbi ſupra.ar.ij.q.viij.Ter
tius eſt ex parte penitentis cuz
tribus ſe.ſ.quando ſcienter et
aduertēter tacuit vl' omiſit pec
catū aliqd mortale vl' d̄ quo cre
didit ſeu pbabiliter dubitauit

vtrum fuerit mortale ſeu etiam
omiſerit ſcienter eius neceſſari
am circũſtantiam de quibus in
fra parte.iij.ti.ij.q2 his caſibus
ſicut confitendo ſm doc.peccat
mortaliter.⁊ non ſoluȝ ſi tacuit
ſciẽter ſed etiã ſi obmiſit ex ob
liuione ſeu ignorãtia affectata
vel craſſa puta quia de peccatis
ante cogitare noluit nec adhi
buit debitã diligentiam,put de
lege cõmuni humana ꝑmittit
fragilitas.Si tñ talis confeſſo
rem non mutat ⁊ ꝯfeſſor habet
memoriam aliorum peccatorũ.
ſufficit illud idem peccatum nu
mero qḋ omiſit ⁊ fictionem cõ
fiteri ei ⁊ reliqua in genere.Si
vero mutat confeſſorẽ.vel etiaȝ
ſi ꝯfiteť eidem.ſed confeſſor nõ
habet memoriam aliorũ pecca
torum tunc teneť omĩa iterare.
vt notat duran.vbi ſupra.Lõ.
Rich.in.iiij.diſt.xvij.ar.ij.q.vi.
Secus aũt ſi ignorãtia ꝓbabili
aliqḋ etiã mortale obmiſit.quia
tunc nõ teneť iterare niſi ꝙ ob
miſit ſm eos.Quartus caſus ẽ
quando penitens penitentiam
ſibi iniunctam ſciẽter ⁊ delibe
rate abſq3 legitima cauſa obmi
ſit ſeu nõ cõpleuit q2 tunc tene
tur iterare ꝯfeſſionẽ ſi penitẽtie
oblitus eſt.et vltra hoc peccat
mortaliter ſm ſco.in.iiij.diſt.xv
q.i.⁊ Rich.ibidẽ.di.xviij.ar.i.q.
v.Et hoc verũ de penitentia in
iuncta ꝓ mortalib⁹.Secus aũt

Quartus casus est

ſi ꝓ venialib⁹ tñ ſm tho.⁊ ob
mittẽs penitentiã ſibi iniunctã
etiã ꝓ mortalibus ſi recordatur
ſemꝑ ꝑt ꝑficere ⁊ ꝑficiendo nõ
teneť iterare.ꝑcipue quãdo nõ
eſt ſibi ꝑfixus terminus quẽ nõ
poſſet trãſgredi licet forte ei ſit
daclaratũ infra qḋ temp⁹ debe
at eã facere vel ſuplere ſi omiſe
rit.Quintus caſus eſt cũ quis
ficte ad ꝯfeſſionem vadit ⁊ ſine
ꝯtritione puta q2 non dolet de
peccatis omĩbus vel non inten
dit ĩ futurũ abſtinere ab eis.ſeu
etiã nõ intendit facere id ad qḋ
ex ꝑcepto teneť.puta cõmunica
re in paſca.circa hunc caſuȝ tñ
ſunt varie opiniones doct.tho.
in.iiij.diſt.xvij.dicit ꝙ hoc caſu
non oportet iterare confeſſionẽ
q2 ſicut in baptiſmo ficte acce
dens.licet tunc non recipiat rẽ
ſacramenti.tamen recedente fi
ctione recipit ſic ⁊ de penitẽtia
Lõ.⁊ pe.Rich.in.iiij.di.xvij.ar.
ij.q.viij.Idem Ioh.⁊ Bartho.
alij contra de pe.di.iij.Sũt plu
res.⁊.§.his autoritatib⁹.⁊.c.fi.
⁊ ibi ꝑ arch.qui tenet ꝙ talis
omnino tenetur iterare confeſ
ſioneȝ.⁊ hec opinio videtur ve
rior tutior ⁊ cõmunior quam te
nent ⁊ approbant Rai.⁊ hoſti.
in ſumma.ti.de pe.⁊ re.Innoc.
extra in.c.Maiores de bap.du
ran.in ſumma.e.ti.q.xxvi.Idem
Lon.Ro.Sco.⁊ Po.in.iiij.diſ.
xvij.⁊ indirec.li.i.ti.de pe.et re.

Quintus casus

Poteſt dici. ꝑ concordia ꝙ in-
tantū valet illa ꝯfeſſio ficta nec
opoꝛtet illam ſpecialiter iterari
inquantū durat effect⁹ illius ex
ꝓmionis vocalis que eſt pars ſa
cramenti. alias nō. Ideo diſtin-
gue vt ſupꝛa in tertio caſu. Se-
xtus caſus eſt vt cum tempoꝛe
quo confeſſus fuit erat excōmu
nicatus qꝛ ſiue ſciret ſe excōmu
nicatū ſiue ignoꝛaret, ꝓbabiliter
vel etiā oblitus fuiſſet tenetur
iterare ꝯfeſſionē cū hoc poſtea
nouerit qꝛ ligat⁹ excōicatōne ſi
ue maioꝛi ſiue minoꝛi nō potuit
abſolui a peccatis cū excōicat⁹
nō ſit capax ſacramentoꝛū eccle
ſie. ex. de di. ex. miſ. ſi celebꝛat. ⁊
ſic illa abſolutio fuit nulla. Et li
cet ignoꝛātia ꝓbabilis ꝯſeruet
eū a culpa ⁊ a pena irregulari-
tatis. nō tn̄ facit eū nō eſſe excō
municatū. ar. e. ti. apoſtolice. et
xxxviij. di. cū itaqꝫ. Cō. Rich. in
iiij. di. xviij. ar. ix. q. iiij. pe. de pal.
ibidem. q. vi. ⁊ duran. in ſumma
vbi ſupꝛa.

sextus ca[sus]

Tertio interrogēt eū
ꝯfeſſor vtrū nouerit
ſe ab aliquo iudice
eſſe excōicatum. vel
vtrū inciderit in aliquā excōica
tionē iuris cōmunis papalē ſeu
epalem vel etiā in ſententiā ali
cuius ꝯſtitutionis ſinodalis vel
ꝓuintialis ꝑticulariter inueſti-
gando de aliquib⁹ caſib⁹ excom
municationū ſm̄ ꝯditionē ꝑſo-
ne ⁊ ꝓcipue de ꝯſtitutionib⁹ illi
us dyoceſis vel ꝓuintie vel etiā
a legatis factis. Et ſi repit eū
excōicatum. Primo ⁊ ante oīa
abſoluat eū ab excōicatione ſi
autoꝛitatē habet. ſin aūt remit
tat eū ad habentē. vel ſi taliſ pe
nitens foꝛet in articulo moꝛtis
poſſet tūc abſolui. vt ſupꝛa ꝑte
ſecunda. c. iiij. ꝑ penl. ⁊ fi.

Quarto debet cōfeſ
ſoꝛ interrogare peni
tentem cui⁹ vite ſit
⁊ ſcientie. cui⁹ ſtatuſ
⁊ ꝯuerſationis. cui⁹ artis vel of-
ficij. Si matrimonio ligatus vel
non. Si religioni quoquomodo
ſit obligatus vl' aſtrictus. Si ex
ſubſtātia licite acquiſita viuat
vel nō. Si alicui aliq̄d debet ex
cōtractu vel maleficio ſeu ex le-
gato ꝑdeceſſoꝛum ſuoꝛum. Aut
alias quouiſmodo. Si ſic trāſa-
ctum eſt tempuſ ſolutionis faci
ende non admittat eum ad con
feſſionem niſi prius ſatiſfecerit
ſi poteſt. vel ſaltem a creditoꝛi-
bus ſuis dilationē obtinuerit
cū alias nō poſſit debite ꝯfiteri
nec peccatum remitti. vt dicit
Aug⁹. xiiij. q. vi. ſi res. ⁊ de reg.
iur. Nō dimittit̄. li. vi. ⁊ hoc ex-
ꝓſſe tenet Rich. in. iiij. di. xv. ar.
v. q. iiij. ⁊ ſcot⁹ ibidē. q. ij. ⁊ tho.
ij. ij. q. lxij. ⁊ quāuiſ ſit fidedigna
ꝑſona in hoc non eſt ei creden-
dum ⁊ ſi pure ei credendū eſſet

nō tamen abſolui debet donec conſtet de reſtitutione actu cō pleta. pͦcipue ſi alias pmiſit con feſſori ſuo ſatiſfacere ⁊ nō ſatiſ fecit. Si vero nichil debꝫ alicui ⁊ ſi in proceſſu ꝯfeſſionis occur rat aliqͩ neceſſario ſatiſfacien dum ſit diſpoſitus ad ꝯſiliū ſiue iudiciū cōfeſſoris debite ſatiſfa cere deo ⁊ primo tūm in rebus qꝫ in fama ⁊ moribuſ admittat eū faciens genuflecti ad pedes eius. ⁊ ipſe ſemꝑ ſedeat ex tranſ uerſo. nec eius faciem reſpiciat ſiue ſit vir ſiue mulier ne pluſqꝫ oportet erubeſcentie eis faciat ⁊ dicat ei ꝙ cōfiteaꝛ ꝑ ſeipſum ſua peccata put nouit. Ipſe aūt ꝯfeſſor dū peccator ſua exponit peccata diligenter attendat nͤ moleſtet euꝫ interim interrogā do. niſi neceſſitaſ vrgeat vt ſi ali quid dicatur ita inuolute ꝙ nō bene intelligeret tunc faciat a confitente bene declarari vt ſci at quid ſit acturus. Et ſi depre bendat caſum ad ſe non perti nere vel confitentem ad aliquā reſtitutioneꝫ obligari vel ſuper peccato qͦ exponiꝛ aliquā ſpe cialem puiſionem oportere fie ri ſtatim ei dicat ne in proceſſu obliuiſcatur. Et ſimiliter inter roget de circūſtantijs peccato rum ſi a confitente ſine eis pec catum dicatur vt infra dicetur parte tertia ti. ij. ⁊ iuxta grauita tem peccatorum ⁊ conditioneꝫ confitentium quo ad arguendū peccata confeſſor prudenter ſe habeat nō pariformiter ad om nes. ſed cum ſimplicibus ſe dul citer habeat eos diligenter de mō confitendi inſtruendo. Ru des ⁊ ruſticos ne eorum pecca ta enormia reputent leuia duri us increpādo. Sapientes ⁊ eru ditos vrbanius corripiendo. In duratos ⁊ inſenſatos acriter ar guendo. Et quantū fieri poteſt verbis ⁊ exemplis ad compun ctionem inducendo ⁊ terrorem extremi iudicij eis incutiendo. Mulieres blandis vͣbis ⁊ mol libus non alliciendo ſed potius ſeueris ⁊ rigidis corripiendo et quācitius poteſt fieri ſuperfluis colloquijs penitus reſecatis de ipſis ſe expediēdo. Cōtra quoſ dam qui quottidie in confeſſo rio cum eis confabulantur ⁊ eiſ longaſ faciunt predicationes ꝓ pter quod ⁊ ipſi multum tempꝰ amittunt ⁊ alijs ſepius occaſio nem ſcandali tribuunt.

Incipit tertia ps huius opu ſculi de circumſtantiarum pec catorum interrogatione.

Circa tercium princi pale. Sciendū ꝙ nō ſufficit confeſſorem ſolū audire ea que ſi bi a peccatore dicūtur. ⁊ ꝙ alijs ipm non interrogare niſi ꝑſona

confitens ſit in his bene perita
⁊ timorata vt ſciat ſe ſufficien-
ter confiteri qđ raro contingit
modernis temporibus cū pau-
ci circa hoc debitā diligentiam
adhibeāt. ⁊ multi ſunt adeo ſim-
plices qꝫ niſi interrogent̄ nūq̄z
vere ꝯfitebunt̄. ⁊ qđ maius eſt
multi qui ſcḋm ſeculū ſapientes
cenſent̄ in ꝑtinentibus ad con-
feſſionē ignorantes penitus re-
periunt̄. Ex quo ꝯcludit̄ qđ poſt
q̄z penitens ꝯfeſſus eſt ꝑ ſeipm
ea que nouit debet ꝯfeſſor ipm
interrogare de his que omiſit
aut min⁹ plene dixit. Vn̄ aug⁹.
de pe. di. vi. c. i. dicit de ꝯfeſſore
loquens. Sit diligēs inquiſitor
ſubtilis inueſtigator. ſapiēter ⁊
quaſi aſtute interroget a pecca
tore que forſitan ignorat vel p̄
verecūdia vellet occultare. Co-
gnito autez crimine varietates
ei⁹ nō dubitet inueſtigare et lo
cum ⁊ temp⁹ ⁊c̄. Ad hoc. ex. de
pe. ⁊ re. c. Omis. §. Sacerdos. Et
hoc eſt ꝯtra multos cōfeſſores
ignaros qui ſimpliciter audiūt
ea q̄ peccator ꝯfiteri voluerit ⁊
poſtea ſcḋm audita ⁊ ꝯfeſſa peni-
tentiā iniungunt qđ eſt a debi-
to ſuo valde deficere. ⁊ ſe et ꝯfi
tentē pariter in damnationem
ꝓcipitare. Pro ſalubri igit̄ con
feſſoris inſtructione quattuor ī
hac ꝑte videam⁹ ⁊ ꝑ titulos di
ſtinguam⁹. Primū eſt de mo
do interrogandi quē ꝯfeſſor de
bet tenere. Secundū d̄ quib⁹
circūſtantijs neceſſario habz in
terrogare. Tertiū ſuꝑ quibus
cōmuniter debeat penitentem
examinare. Quartū eſt qđ de
pertinētibus ſpecialiter ad ſta
tum vel officiū confitentis de-
bet inquirere.

De modo interrogādi quē
ꝯfeſſor debet tenere.

Titulus primus.

Quo ad primum di-
co qꝫ ꝯfeſſor audien
da peccata ꝯfitētis
ſtudere debet, ꝓ poſ
ſe in principio a ꝯfitente remo
uere verecundiā non exprimen
do ſtatim magnitudinē ſeu gra-
uitatem peccatorum eius. ſed
diſſimilando tranſeat vſq̄ ad fi
nem confeſſionis. ⁊ tunc expo-
nat ei eorum magnitudinem et
grauitatem incipiens a minori
bus terrorem incutiendo ⁊ ad
contritionem prouocando. ⁊ ſi
penitens ex ignorantia aliquid
omiſerit ipſe ſupleat interrogā
do eum. vt infra in capitulis ſe
quentibus ad particularia de-
ſcendendo plus ⁊ minus ſcḋm ſta
tum ⁊ conditionem confitenti
um. nam vt dicit tho. in. iiij. in i
terrogationibus tria debet cō
feſſor obſeruare. Primo qꝫ
quilibet interrogetur de pecca
tis que conſueuerunt in homi-
nibus illius ſtatus ⁊ cōditionis
cōmuniter reperiri vt infra ti.

iiij. habetur. ideo multum expe-
dit ꝙ a principio cõfeſſionis in
terrogetur penitens de eius ſta
tu conditione ⁊ cetera vt ſupra
ſecunda parte per totum ¶ Se
cundo ꝙ interroget a remotis
de peccatis ⁊ in genere ⁊ nõ ex
plicite ne forte ſi ſtatim ad ſpe-
ciem peccati quã ignorabat de
ſcẽdat illud peccatum addiſcat
⁊ ſic quodãmodo ad illud inducat̃
exempli gratia. ſi confitet̃ ſe cõ-
miſiſſe peccatũ carnale non ſta
tim queret ſi ſe manibus poluit
⁊ hmõi. ſed interroget de modo
ſeu cũ quibus ⁊ hmõi. ¶ Ter
tio ꝙ in peccatis carnalibus nõ
deſcẽdat nimis ad particulareſ
circũſtantias nõ neceſſarias. qꝛ
hoc poſſet eſſe occaſio tempta
tionis in vtroqꝫ. vel ſaltem ſcã-
dali ipſius confeſſoris ſi aliquã
do ꝯfitens referret aliis ꝙ inter
rogaſſet eũ ſic ⁊ ſic. Si igit̃ vir
ꝯfitet̃ ſe poluiſſe mulierẽ extra
vas debitũ nõ querat cõfeſſor
in qua parte corporis ⁊ quomõ
ſufficit enim ꝙ habeat vltimaꝫ
ſpeciem peccati. ¶

¶ De quibus circũſtantiis ne
ceſſario habet interrogare ꝯfeſ
ſor. Titulus ſecundus. ¶

QUo ad ſecunduꝫ qꝛ
non ſolum confeſſor
debet ĩterrogare cõ
fitentem de mortali
bus. ſed etiã de circũſtantiis. vt
in. c. Omnis de penitentiis ⁊ re
miſſionib⁹. §. Sacerdos. ¶ Pri
mo videndũ de numero earum
¶ Secundo que ſint de neceſſi
tate ꝯfeſſionis. ¶ Ad primũ di-
cendum ꝙ circũſtantie quibus
peccatũ aggrauatur vel alleuia
tur ſm̃ tulium ſunt ſepteꝫ ⁊ cõ-
tinẽtur in hoc. v̈. Quis. qͦd vbi
quibus cur quomodo quando.
ratio aũt iſtius numeri eſt quia
ſeptem ſunt conditiones ſingu
lares vel ꝓprietates quibus ag
grauatur vł alleuiatur peccatũ
vt ſupra ⁊ circũſtantie ſunt con
ditiones ſingulares actuuꝫ hu-
manorum ¶ Prima circũſtan
tia ꝯſiderat̃ ex parte finis ⁊ ta-
lis dicitur Cur. qꝛ inter omnes
circũſtantias eſt ꝑncipalis. vbi
nota ꝙ duplex eſt finis. ſ. opera
tionis ⁊ intentionis. exẽpli gra
tia Forma domus eſt finis ope
rationis domus. ⁊ habitatio eſt
finis intentionis. Sic a ſimili fi
nis operatõis hominis non eſt
finis qui dicit̃ circũſtantia. ſed
finis intentionis qui quandoqꝫ
ex malo actu bonuꝫ intendit et
econtrario. ⁊ hic finis dicit̃ cir-
cumſtantia. nã a fine intentõis
in moralib⁹ act⁹ ſpeciẽ recipit.
Vñ Am. intentio opi tuo fineꝫ
imponit. ¶ Secũda circũſtan
tia cõſideratur ex pte opis. ſ. qd
nec ꝯſiderat̃ quantũ ad ſubſtã-
tiã facti. ſ. ꝙ occidit vel furatus
eſt vel fornicat⁹. ſꝫ quantum ad
conditionẽ facti. i. ꝓprietatem

qualitatē ⁊ quantitatē facti. q̄ꝛ
eccidit patrē cognouit virginē
vel maritatā ⁊ ſic hec circūſtan
tia nō ꝯſideratꝰ ꝑut eſt ſubſtan
tia actꝰ. ſʒ put eſt ꝯditio actus.
Nā quidā actꝰ ſunt idē in ſpe
cie nature q̄ differunt in ſpecie
moris ſicut fornicatio ⁊ cōcubi
tus ꝯiugalis. ¶ Tertia circūſtantia eſt. quis. q̄ ꝯſideratur ex
ꝑte agētiſ pꝛincipalis ⁊ nō ſolū
reſpicit ſubſtantiā ꝑſone agen
tis ſʒ magꝰ ꝯditionē vel ꝓpꝛie
tatē ꝑſone. ſ. cuiꝰ ſit officiū pote
ſtatis vel ſexꝰ ⁊ hmōi ratio eſt.
qꝛ ex ꝯditionibus ꝑſone variatꝰ
ſubſtātia actꝰ eo q̄ꝺ aliq̄d cōpe
tit vni q̄ꝺ non competit alteri.
¶ Quarta circūſtantia ē. qui
bus. ſ. auxilijs. ⁊ ꝯſideratꝰ ex ꝑte
agētis inſtrumētalis ſm̄ philo
ſophū tertio ethicoꝝ. ſʒ loco in
ſtrumēti. Tuliꝰ ponit quibꝰ au
xilijs eo q̄ꝛ oīa auxilia ſunt qua
ſi inſtrumenta actionis quibus
agens vtitꝰ ad finē ſuū. ¶ Quin
ta circūſtantia ꝯſideratꝰ ex par
te ſpeciei vel qualitatis operis
tripliciter Pꝛimo ex ꝑte modi
⁊ ſic eſt quīta circūſtantia quo
modo. vtrū. ſ. leuiter vel fortiter
quis ꝑcuſſerit. ¶ Secundo ex
ꝑte loci. ⁊ ſic eſt ſexta circūſtan
tia peccatū aggrauās vbi. vtrū
ſcʒ in loco ſecreto vel publico
vel ſacrato. ¶ Tertio ex ꝑte
tempoꝛis. ⁊ ſic eſt ſeptima circū
ſtantia qn̄. vtrū. ſ. peccauerit tē

poꝛe oꝛātōi dedicato ſeu tpe fe
ſtoꝝ ⁊ ieiunioꝝ hec tho. quar
to ſcripto ſenten. di. xvi. ⁊ Rich.
ibidē ⁊ oꝛiginaliter li. iij. ethico
rum. c. iij. Sʒ ꝓ maioꝛi euidētia
pꝛedictoꝝ ſciendū eſt q̄ꝛ dicte
circūſtantie tripliciter ſe habēt
ad actū peccati. Quādoq̄ enim cir
cumſtantia nec ſpeciē peccati
variat nec peccatū aggrauat. vt
puta accipe rē alienā manu de
xtra vel ſiniſtra de mane aut de
ſero. Quādoq̄ circūſtantia ſpeciē
peccati variat ⁊ aggrauat ſiue
actus cui circūſtantia aduenit
ex ſuo genere ſit indifferens. ſic
cū aliquis leuat feſtucā e terra
in ꝯtemptū alteriꝰ. Siue actꝰ
ſit bonus ex genere. ſicut cū q̄s
dat elemoſinā ꝓpter gloꝛiā hu
manam. ſiue actꝰ ſit malꝰ ex ge
nere. vt cū aliquis furatꝰ rem ſa
cram cuius ratio eſt qꝛ circūſtā
tia addita actui habet ⁊ addit
repugnantiā ſpecialē ad ratōē
exempli gratia peccatū fornica
tionis in hoc ꝯſiſtit q̄ꝛ homo ac
cedit ad nō ſuā. ſi aūt addatur
hec circūſtantia q̄ꝛ illa ad quam
accedit ſit vxoꝛ alteriꝰ. peccatū
fornicatōis trāſfertꝰ in aliud ge
nus peccati. ſ. adulterium q̄ꝺ eſt
grauiꝰ peccatū q̄ʒ ſit fornicatō
⁊ ita vbicunq̄ eſt alia ⁊ alia re
pugnantia actus ad rationē ⁊
alia ⁊ alia defoꝛmitas actus ſibi
eſt alia ⁊ alia ſpecies peccati et
maioꝛ peccati grauitas vt patuit

abſtinentie ꝛ hoc frangitur per
gulam que eſt peccatū mortale
¶ Tertiū eſt ieiuniū inſtitutuꝫ ab
eccleſia ꝛ hoc vt ꝑdixi frangit
ꝑ gulā que eſt mortale peccatū
inquantum nō includit illud qđ
eſt neceſſariū ad actuꝫ virtutis
abſtinētie. ſꝫ quantū ad illud qđ
addit ex ſtatuto eccleſie frangi
tur comedendo pluſqꝫ ſemel vl
cibos interdictos ieiunantibus
ꝛ etiā ꝑueniendo nimis notabi
liter horaꝫ comedendi. vt infra
q. viij. hec ille. ¶ Quinta eſt nu
merus. qꝛ quotiens quis cōmit
tit aliquid illicitū puta furtū to
tiens peccat mortaliter cū ſint
diuerſi actꝰ ꝛ in ſingulis actibuſ
eſt peccatum mortale eſſentiali
ter. ideo de neceſſitate oportet
explicite ꝯfiteri circūſtantiā nu
meri. ¶ Sexta eſt qualitas. ſi
peccatū eſt ſecretū vel publicū.
ꝛ ad qđ ꝑuenit eiꝰ noticia qꝛ ex
hoc inducit alia ſpecies pecca
ti mortalis que eſt ſcandalum.
¶ Septima eſt inductio. videli
cet ſi in peccato qđ cōmiſit cuꝫ
ꝓximo ipſe fuit principalis cau
ſa ꝓuocando ſuadendo ꝛ hmōi
qꝛ principale peccatum cōmiſit
homicidium ſpūale multo gra
uius qꝫ corpale. ¶ Octaua eſt
accidens qꝛ ſepius quis cōmit
tit multa peccata ꝓpter aliud
peccatū qđ cōmittere querit pu
ta intermittendo nuncios vl ſe
cum ducēdo ſocios ꝛ hmōi. Et
ſic habes circūſtantias peccato
rum mortaliū neceſſario ꝯfiten
das. que .ſ. trahunt in aliā ſpeci
em ſeu genus peccati mortalis
Et de his ſpecialiter debet con
feſſor interrogare nō ſolū quan
tum ad peccata opis: ſꝫ etiā cor
dis ſeu volūtatis cū ſint diuer
ſa peccata nō ſolū materialiter
verū etiā formaliter. Si compa
ret volūtas interior ad opꝰ ex
terius ꝓut ſunt ſepata puta qꝛ
vnus peccat voluntate tantum
alius voluntate ꝛ ope. vt notat
Bo. in iiij. di. xlij. ar. i. q. i. Si igi
tur quis ꝯfitet ſolū mente mu
lierē deliberate ꝯcupiuiſſe inter
rogandus eſt vtrū mulierē ſolu
tam vel nuptā vel virginē. quo
tpe ꝛc. qꝛ hec om̄ia faciūt illud
peccatū eſſe diuerſe ſpeciei. ſed
qđ horū ſit grauius an peccatū
volūtatis tm̄. an opis. Bon. vbi
ſupra. q. ij. dicit ꝙ ſi vterqꝫ peccā
tiū ex equali amore mouet ꝛ ꝙ
in vtroqꝫ ſit plena volūtas pōt
dici ꝙ vnū peccatū dicit altero
grauiꝰ tripliciter. Aut rōne ma
ioris ꝯtemptꝰ dei. Aut rōe ma
ioris libidinis ſeu delectationis
Aut rōe maioris damnificatōis
Quantū ad primū nō dicit ma
ius peccatū volūtatis qꝫ opis.
qꝛ volūtas plena ad peccatū ſic
ꝑ ſe a deo auertit ſicut cū eſt cū
ope ꝯiuncta. Quantuꝫ vero ad
ſecundū dicitur grauiꝰ maxime
qꝫtum ad peccatū carnale quo

quidē homo peccat in ſeipō Si
militer quātū ad tertiū. ſcʒ ad
dampnificatōeʒ quā addit ſupra
peccatū volūtatꝭ. ⁊ grauiꝰ dicit
maxime erga peccatū quo quis
peccat in proximum.

¶ Super quibus cōmuniter de
bet confeſſor penitentem inter
rogare. Titulus tercius.

Quo ad terciū notā
dū ꝙ poſtq̄ȝ pecca
tor p ſeipm expoſu
it oia peccata ſua q̄
nouerit debet ↄfeſſor diligēter
aduertere quid dixerit ⁊ q̄d ſu
pleri oporteat ⁊ de his q̄ nō di
xit vel minus plene dixit debet
ipm interrogare plus ⁊ minus
in totū vel in partē ſecundū or
dinem infra notatū ⁊ ꝓut req̄
rit ſtatꝰ ⁊ ↄditio ↄfitētis. nec tñ
ſm. xx. debet eſſe nimis ſcrupu
loſus circa interrogatōes ſi for
te aliquā omittat aut ꝓpter oc
cupatōeʒ. aut ꝓpter obliuioneʒ
vel ſimplicitatē dū tñ craſſa ig
norantia vel ſupina nō laboret.
aut negligētia diſſoluta vix eñ
aut nunq̄ȝ ↄtingit ꝙ ↄfeſſor q̄ȝ
tumcūq̄ȝ diſcretuſ oia que circa
hoc a doctoribꝰ dicunt obſ͛ua
re poſſit. ¶ Ordo interrogādi
primo de articulis fidei. ſecūdo
de ſacramētis eccleſie. tertio d̄
decē p̄ceptiſ decalogi. quarto d̄
peccatis mortalibus. quinto de
miſericordie operibus. ¶

¶ De articulis fidei. ¶

¶ Capitulū primū.

Circa articulos fidei
interroget confeſſor
cōfitentē vtrū ſciat
ſimbolū aploꝝ. ſ.
Credo in deuʒ ⁊c. ⁊ cōpetenter
itelligat ab eo ꝙ i eis nullū ha
beat ↄceptū erroneū. opoꝫ eñ
quēlibet adultū eos credere di
uerſimode. Tū implicite crede
re oēs articulos ē fidei diminu
te ⁊ hoc nō ſufficit nūc alicui q̄
hȝ vſuȝ rōis ſ. in generali crede
re redemptorē ⁊ remuneratorē
adeo eñ noticia quorundā arti
culoꝝ manifeſta eſt ꝙ nullꝰ ha
bens vſum rōis ignoret. niſi om
nino negligat ⁊ ↄtēnat dei cul
tū ⁊ ſalutē ꝓpriā. Explicite aūt
⁊ diſtincte credere oēs articlos
nō eſt de generali fidei neceſſita
te. niſi forte illiſ q̄ fidē alijs expli
care tenent vt doctoribꝰ p̄dica
toribꝰ p̄latis ⁊ curatꝭ. Credere
aūt quoſdā implicite ⁊ quoſdaȝ
explicite ē fidei ad ſalutē neceſ
ſarie etiā oīm ſimpliciū. Tenēt
eñ etiā quicūq̄ȝ ſimplices expli
cite credere articulos quos ma
nifeſtāt eis nō ſolū p̄dicatio. ſed
eccleſiaſticus vſus ⁊ ↄſuetudo ſi
cut ē de vnitate ⁊ trinitate quā
pñt noſcere ab ipo actu ↄſigna
tionis ↄſignāt eiȝ ſe. In noīe pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Idē d̄ na
tiuitate. paſſione. reſurrectōe ⁊
peccatoꝝ remiſſione quos co
gnoſcere poſſunt ex ipis ſolēni

: de ... sacra... ...

tatib⁹ quas eccleſia celebrat et ex actib⁹ ſacerdotū Ideo ad ho rum cognitionē null⁹ rōe vtens excipit nec ignorātia excuſatur Articulos vero non ita manife ſtos tenent tū credere iplicite. Implicite aūt credere voco vt in generali credāt vniuerſaliter oīa q̄ credit ſacroſancta mater ecclia ita ꝙ ī particulari a nllo diſſentiāt nec aliquē articulorū diſcredāt ⁊ intm̄ valȝ hec fides implicita ſm̄ quoſdaȝ. vt refert Inno. ex̄. de ſum. tri. ⁊ fi. catho. c. i. ſup ṽ. Credim⁹. ꝙ ſi aliquis eā habet. ſ. ꝙ credat quicq̄d cre dit ecclia ⁊ rōne naturali motuſ ... de fide falſo opinat̄ puta ꝙ pater ſit maior vel prior filio. vl' ꝙ tres pſone ſint tres a ſe in uicē diītātes ꝙ ꝓpter hoc non eſt heretic⁹ nec peccat dummō hūc errorē nō defendat. hoc no tat Bonauē. in. iiij. di. xxv. Con cordat Richard⁹ ibidē ⁊ Tho. ij. ij. q. ij. Si pſona ꝯfitens ſit ru dis q̄ de dictis articulis paruā aut nullā habeat noticiā ꝯfeſſor interroget eum. Utrū ex corde doleat de ꝑterita negligētia et ꝓponat ſecundū capacitatē ſuā illos addiſcere ſimul ⁊ pater no ſter ſi neſciret ⁊ ipſe exponat ei vulgariter dictos articlos ſi pt̄ de pe. ⁊ re. de⁹ q̄. Itē interroget Utrū ex corde credat oīa q̄ cre dit ſancta ecclia ⁊ vtrū doleat ſi ꝯtra dictos articulos ⁊ fideȝ catholicā hacten⁹ mente vl' ver bo inciderit in aliquē erroreȝ vt ꝙ non ſit alia vita ꝑter iſtam et huiuſmodi.

## De ſeptem eccleſie ſacramē tis. Capitulum ſecundū.

Primo ꝯfeſſor inter roget Utrū ſciat ſa cramenta ecclie ꝑci pue q̄ ſunt cōiter ne ceſſaria. videlicet. baptiſm⁹. ꝯfir matio. ſiue criſma. penitētia. eu chariſtia. ⁊ extrema vnctio. De ſacramēto ordinis ⁊ matrimo nij alibi dicet̄. Primo vtrum ſciat ⁊ credat baptiſmū neceſſa riū fore ad ſalutē ⁊ p ipm̄ debi te ſuſcipiēti r̄mitti oīa peccata tam reſpectu pene q̄ȝ culpe ſm̄ doctores in quarto ſen. diſt. iiij. Secundo vtrū ſciat ⁊ credat criſma ſeu ꝯfirmationē ad ſalu tem anime neceſſariā qr ⁊ ſi nō ſimpliciter nichilominus ꝯtem ptus ei⁹ damnabilis eſt ſm̄ pe. ⁊ tho. in. iiij. diſti. vij. Concordat Richardus ibidē. ar. v. q. i. dicēs ꝙ tunc contemptor quis repu tari debet quando habita ſuffi cienti oportunitate recipiendi illud tenuit. aut notabiliter ne gligit. Idem ſcotus ibideȝ vtrū ipſe ſit criſmatus. Tertio vtrum ſciat et credat peniten tiam et confeſſionem peccato rum ad ſalutem eſſe neceſſariaȝ nec aliter poſſe deo reconcilia ri poſt baptiſmum exiſtentem

in peccato mortali. vtrū quoti-
ens peccata memorie occurre-
runt habuerit ↄ̄tritionē de eis
⁊ ꝓpoſitū ↄfitendi actu vel affe
ctu. Nam ad hoc tenetur. alias
peccat mortaliter ſm Tho. in
iiij. di. xvij. Cō. ab. ſy. in. c. Omnis
de pe. ⁊ re. vtrū exiſtens in pec-
cato mortali ſtatim actualiter
cōfeſſus eſt habita copia ſacer-
dotis idonei q2 ad hoc tenetur
ſaltē in his caſibus. Primo
ratione periculi vt ſi periculum
mortis immineāt puta belli vl'
maris vel cū mulier eſt in partu
vel cum quis eſt in alio quouis
mortis articulo cōſtitut9. Se
cundo ratione ſacramenti puta
cū quis vult ordinē ſacrū recipe
celebrare vel cōmunicare qđ ne
mo debet pſumere nō cōfeſſus
copia ſacerdotis idonei oblata
⁊ neceſſitate nō vrgēte. Ter-
tio ratione ſtimuli. ſ. conſcientie
vt ↄſcientia ſibi dictat q ſtatim
debeat ↄfiteri. Quarto ratio
ne dubij vtrū hēat caſum a quo
ſolus papa vel ei9 penitentiari9
poteſt abſoluere ⁊ modo habet
copiā eorum ⁊ dubitat ne illam
in futurū habeat. Nā his quat
tuor caſibus exiſtens in morta-
li ſtatim confiteri tenetur. et ſi
differat peccat mortalr vt no-
tat tho. in. iiij. di. xvij. Cō. Rich.
ibidem. ar. iij. q. vi. vbi addit idē
eſſe ratione voti vel ſtatuti qui
qūq3 obligāt religioſos Quar

to vtrū ſciat ⁊ credat ſacramen
tum ſacratiſſime eucariſtie om
nibus ad ſalutē neceſſariū poſt
annos diſcretionis qui9 quo ad
hoc ſunt in femina anni. xij. ⁊ in
maſculo. xiiij. Et vtrū credat in
eo tranſformari panē in corpus
⁊ vinū in ſanguinē diuina pote-
ſtate. ⁊ q ſub vtraq3 ſpecie ſit to
tus ⁊ integer chriſtus eſſentiali
ter ⁊ preſentialiter quo ad diui
nitatem ⁊ humanitatem vt ha
betur đ con. dj. ij. panis. ⁊. c. om-
nia. Utrum ſumpſerit illud ſin-
gulis annis ſemel cum debita
preparatione ⁊ legitima confeſ
ſione preuia vt tenetur. ex̄ đ pe.
⁊ re. Omnis. Quinto vtrū cre-
dat extremā vnctionez neceſſa-
riam ad ſalutem adultis in arti
culo mortis ex īfirmitate ſeu ſe
nio conſtitutiſ. Et ſi ipe in dicto
articulo ↄſtitutus eam petierit
Paruulis autem ſeu occiden-
dis vel leuiter infirmantib9 non
debet dari. ⁊ notat Rich. in. iiij.
di. xxiij. ar. vij. q. iiij. Circa inter-
rogationes decem preceptoruz
decalogi. nota pro declaratōne
dicendorum hanc regulā theo-
logicalem q omnis tranſgreſ-
ſio dictorum preceptorū eſt pec
catum mortale. precipue quan-
do eſt cōtra precepta negatiua.

Preceptum primum de co
lendo deum.

PRimum preceptum eſt
Unum cole deum. Hoc

p̄cepto ꝓhibetur omnis idola-
tria ſiue adoratio cuiuſcūq; cre-
ature ſiue ſimulacri vel imagi-
nis rei naturalis. vt dicit Ni. d̄
li. exo. xx. ibi. Nō habebis deos
alienos coram me. ꝛ non facies
ꝛc̄. ¶ Primo igr̄ ꝯfeſſor inte-
roget confitentem ſi adorauit
aliquā creaturā ꝓ deo puta di-
abolū. ſolem. lunā. vel ſtellas. ar-
borē vel herbā ꝛ hmōi. q2 mor-
tale eſt ꝛ ꝓhibitum. xxvi. q. v. Nō
liceat. Si fecit vl' fieri fecit ſeu
ꝓcurauit fieri aliqḋ maleficium
ſeu malo que ſemꝑ fiunt cū in-
uocatione demonū occulta vel
manifeſta mortale eſt ſemper ꝛ
ꝓhibitum. deutro. xviij. xxvi. q. v.
Nō liceat. ꝛ c. Nec mirū. Si fe-
cit vel fieri ꝓcurauit aliquam in-
cantationē cū ſacramētis vl' ſa-
cramentalib' eccl'ie vt aqua ba-
ptiſmali. oleo ſancto. ꝛ hmōi ob
ſanitatē vel aliā cauſam morta-
le eſt. Si diuinauit vel ꝓcurauit
fieri diuinationē ad inueniēdum
furta vel ad ſciendū aliquid ſibi
vel ſuis euenturū que fit tripli-
citer ſm̄ Tho. ij. ij. q. xcv. et ha-
betur. xxvi. q. iiij. c. i. eſt mortale
ꝛ ꝓhibitum. xxvi. q. v. Nec mirū
Idem dico ſi hoc inueſtigauit ꝑ
inſpectionē aſtrolabij. Si didi-
cit artem notariā vel ea vſus ē
ad ſciendū aliqua de arte nigro-
mantie. q2 vtrumq; ꝓhibitū eſt
ꝛ mortale. Si ex ꝯſtellationibus
ꝛ planetis ſub quibus quis na-
tus eſt iudicauit determinate ꝛ
certitudinaliter futura homi-
num opera ꝓcedere. ꝛ ex talib'
homines cogi ad malū vel bo-
num hereticū eſt ꝛ probibitum
xxvi. q. ij. Illud. ꝛ c. Illos. ꝛ e. c. q.
v. Nō liceat. Idem tho. vbi ſup.
ar. v. Si obſeruauit curſus lune
aut ſtellarum ꝓ domo facienda.
vel propter ſegetes vel arbores
plantandas. vel ꝯiugia ſociāda.
ꝓhibitum eſt. xvi. q. v. Nō liceat
Si tn̄ vtatur ꝯſideratōne aſtro-
rum ad prenoſcendum futura q̄
ex celeſtibus corporibus creant
puta ſiccitates ꝛ pluuias. nō eſt
illicitū ſm̄ tho. vbi ſupra. et no-
tat archi. xxvi. q. v. Si quis cleri-
cus. licet etiā ruſticis ꝑ ventos
ꝛ diſpoſitōes lune ꝯſiderare tē-
pus ſeminandi. ꝛ medicis tem-
pora potionū ꝛ minutionum vt
notat glo. in. d. c. Non licet. Si
obſeruauit tempora menſes di-
es egiptiorum vel horas ad ali-
quid inchoandum vel non. vel
in colligendo herbas medicina-
les quia probibitum eſt. xxvi. q.
vij. Nō obſeruetis. ꝛ c. ſe. Secus
ſi vt ligna incidat. ſi in kalendis
ianuarij quaſi ꝓ bono augurio
aliquid donauit quia probibitū
eſt. xxxvij. di. legant. et. d. c. Non
obſeruetis. Idem ſi tali die ali-
quid plus noui fecit ꝓpter no-
uum annum quia ꝓhibet̄. xxvi.
q. vij. ſi quis. Si in kalēdis ocijs
vacauit lauro aut viriditate ar-

borum domos cingit. hec enim
obſeruatio paganorū eſt. e. cau-
ſa. xx. q. c. Nō licet. Si vanitates
ſupſticioſas obſeruauit puta ſu
ſpendendo carbones natiuitat
dn̄i ꝯtra grandinē vl' accipiēdo
in malū ſignū limen calcare cuȝ
ante domum ſuā tranſit. redire
ad lectū ſi quiſ dū ſe calciat iter
nitauerit redire ad domū ſi exi-
ens pedem offenderit ꝛ hmōi q̄
omnia tanq̄ȝ ſupſticioſa ꝛ peſti
fera ꝓhibentur. xxvi. q. ij. Illud.
Si ex effuſione olei de lucerna
vel garritu aliquarū auium vel
magnitudine ꝛ ꝯtinuatione vē
torum exiſtimat aliquid boni vl'
mali venturum ſupſticioſuȝ eſt
ꝛ vanum. notat Tho. ij. ij. q. xcv
ar. vij. Si obſeruauit ſomnia. et
ex his que ſomniatus vult d̄ fu
turis ꝛ occultis diuinare ꝛ pro-
nunciare ſupſticioſuȝ eſt ꝛ mor-
tale. notat tho. ibidem ar. vi. Si
ſortibus diuinatorijs ꝛ conſulto
rijs vſus eſt ꝛ quo q2 mortale ē
ꝛ ꝓhibitum. xxvi. q. v. Sortes. ꝛ
tribus. c. ſe. Ex leuitate aūt vti
talibꝰ videt̄ veniale. vti xo ſor-
te diuiſoria nō videt̄ peccatum
ex̄. e. c. fi. Si vſus eſt breuibus ſi
bi faciendo vel portando vel q
fierent ꝓcurando q2 cōmuniter
ſunt ſupſticioſa ꝛ illicita. Nam
ſi ibi eſt aliquid pertinēs ad in-
uocationeȝ demonum vel ſi ali
quid falſitatis contineāt. vl' ali
quid illicitū ſub ignotiſ nomini

bus ſeu hebraicis lateat. mani-
feſte ibi eſt ſuperſticio ꝓhibita.
Si vero ſunt verba diuina ꝛ bo
na cauēdum eſt ne ibi immiſce
antur cum verbis ſacris aliqua
vana. puta aliqui caracteres p̄
ter ſignū crucis. aut q ſpes ha-
beatur ī modo gloſandi aut ſcri
bendi puta in carta nō nata vel
in vno tpe magis q̄ȝ in alio vel
in vno loco magis q̄ȝ alio vel ꝑ
vnā ꝑſonam magis q̄ȝ ꝑ aliam.
puta q ſcribantur a ieiunio vel
tempore miſſe vel in eccleſia vl'
ꝑ virginem vel in fine dicatur
quicunq3 portauerit ſuꝑ ſe iſtō
breue non periclitabitur ī igne
vel in aqua ꝛc. Hec enim oīa
ſuperſticioſa ſunt ꝛ illicita. ſm
xx. ꝛ Tho. vbi ſupr̄a. vt etiam
notat Archi. xxvi. q. v. Nō licet
Qui aūt talibꝰ credunt ſcribūt
portant ſeu docēt. grauiter pec
cant. xxvi. q. vij. Nō obſeruetis.
niſi adeo fuerint ſimplices q ig
norantia debeat eos excuſare q̄
tamen eos non excuſat. cum ſu
per hoc fuerint moniti ꝛ inſtru
cti. Portare tamen ſuꝑ ſe reli-
quias ſanctorum ſimbolum vel
orationem dominicam vel ver-
ba euangelij ex deuotōne ſeu fi
ducia dei ꝛ ſanctorum ſine pre
dictis ſuperſtitionibus non eſt
reprobandū ſed tn̄ ꝓhibendum
ꝓpter periculum ſimpliciū. Et
qui habet huiuſmodi breuia ſu
perſticioſa vel libros nigroman

tie vl' artis notorie ſeu ĩcãtatio
num ⁊ hmõi non abſoluatur ni
ſi eos cõburat igni. Si fecit vel
fieri ꝓcurauit aliquã incantatõ
nem ſeu maleficiuꝫ ꝓvt ſupra na
turam ꝯferat ſanitatem vl' infir
mitatem ſeu aliquid ſimile qḋ
cõuenit ſoli deo ſiue hoc faciat
verbis ⁊ in precationibus ſiue
conſignationibus ligaturis aut
aliis quibuſuis remediis q̃ me
diocrum diſciplina condemnat
illicitum eſt ⁊ ꝓhibituꝫ. deutro.
xviij. ⁊ xxvi. q. ſ. Illud. ⁊ ſi hoc fe
cit ſciens ꝓhibitum mortaliter
peccauit. ⁊ tales dicunt̃ inimici
chriſti. e. ca. q. v. ꝯuenit. Si vero
ex ſimplicitate ignoranter fecit
credẽs bonas eſſe orationes vl'
verba videtur veniale. neutro
tamen caſu abſoluendus eſt niſi
velit in futurum abſtinere. Nec
ideo quia quãdoqꝫ malefici at
qꝫ incantatores egris medelam
prebent ⁊ ſanis egritudinẽ im
mittere poſſunt ſeu q: quãdoqꝫ
que diuini ꝑdicunt futura eue
niunt credendum eſt eos in his
aliquid ꝓprie virtutis ac pote
ſtatis habere ſed permiſſu dei
fit qui omnia iuſto iudicio facit
vt ipſi hoc audiunt vel vident
probentur quali fide vel deuoti
one ſint erga deũ. xxvi. q. v. Nec
mirum. ⁊ deutro. xiij. c. Si aliqd
fecit vel fieri procurauit turpe
ant alicui comedere vel bibere
aliquid nociuuꝫ dedit puta mu
lier viro vel alteri vt amaretur
ab eo aut econtra vel vt aliqs
odiret vxorem ſuam q: nõ poſ
ſit eã cognoſcere peccauit mor
taliter. extra de homic. Si ali
quis. et ſciatur quod dederit vl
fecerit ⁊ ſi poteſt tollere malefi
cium tollat quia meritoriuꝫ eſt
opera dyaboli deſtruere inten
tione curandi maleficiatuꝫ. ſm
hoſtien. ⁊ Sco. in. iiij. diſt. xxxiiij
ar. ij. q. i. Si credidit aliquam in
melius aut deterius poſſe mu
tari aut transformari in aliquaꝫ
ſpeciem vel ſimilitudinem pu
ta in cattas quia talem trãſfor
mationem realiter fieri eſt im
poſſibile. niſi a ſolo creatore et
qui aliter credit eſt in fideli de
terior. xxvi. q. v. epiſcopi. et no
tat Auguſtinus. xviij. de ci. dei.
. c. xviij. Apparenter vero bene
poteſt fieri virtute demonum.
patet de ſamuele. d. c. Nec mi
rum. Idem Tho. prima parte.
q. cxiiij. Si credidit quoſdã mu
lieres ad ludum cum diana vel
herodiade et in mira multitu
dine mulierum nocturnis ho
ris ire vel deferri ſuper bacu
lum vnctum ſeu ſuper quaſdaꝫ
beſtias et multa terrarum ſpa
cia pertrãſire ⁊ huiuſmodi. Nã
hec omnia erronea ſunt et om
nino falſa. et talia fantaſmata a
maligno ſpiritu mentibus infi
delium irrogantur. xxvi. q̃ſtione
q̃nta epiſcopi. vbi de hoc plene

Con. tho. prima pte. q. cxiiij. ar. iiij. Si credidit ꝑdictas mulie-
res ſiue lamias intrare hoſtia
clauſa ⁊ ſurgere ſeu interficere
puulos ⁊ qn̄ꝙ vulnerari a patri
bus eoꝝ falſum eſt ⁊ erroneum
ſed demon hoc facit ſm̄ Aug⁹.
⁊ Hiero. ſicut filios Job interfe
cit. Job primo. ⁊ ſeptē viros ſa-
re. Thob. vij. Idē tho. vbi ſupra
Si blaſphemauit deū. dicendo
deū non eſſe iuſtum vel oīa iu-
ſte non diſponere ſed eſſe accē-
ptorem ꝑſonarum. vel nō vide-
re que fiunt. aut non curare de
actibus hoīm. vel ꝓditorez ſeu
īmerito punire ⁊ flagellare aut
nō poſſe iſtud vel illud facere. ⁊
hmōi. qḋlibet hoꝝ ſemꝑ ē mor
tale cū aduertit ⁊ intelligit qḋ
dicit. Si blaſphemauit deū vel
aliquē ſanctū vel maledixit pu-
ta maledictus ſit deus vel ſan-
ctus eius ⁊ hmōi. ſicut qn̄ꝙ fit
ex ira ſemꝑ eſt mortale cum ad
uertit ipſa verba. Si non doluit
de offenſionibus dei ⁊ de eius
ꝯtemptu. Si plus dilexit corp⁹
ꝓprium vel aliā creaturā vel
nūmos q̄z deū ſapit idolatriā.

¶ Preceptū ſecundū de non aſ
ſumendo nomē dei inuanū

Secundū preceptū ſin
eſt. Nō aſſumes no
men dei inuanum.
Cōtra hoc ꝑceptū
facit oīs qui falſe iurat vel ſi-
ne cauſa. Primo igit̄ confeſſor
interrogare poteſt ſi confitens
ꝑiurauit vel falſe iurauit in iu-
dicio vel extra ſemꝑ peccauit
mortaliter. ſi hoc fecit ſcienter
ſiue ſponte ſiue coacte ſiue ioco
ſe ſiue etiā ex lapſu lingue dum
tn̄ aduertēter. ſecus ſi nō aduer
tit. vt not. Tho. ij. ij. q. xcviij. ar.
iij. ⁊ Archi. xxij. q. i. habem⁹. Si
induxit vel exegit ab aliquo iu-
ramentū quē ſciebat vel crede-
bat falſum iuraturū ⁊ recipiēs
iuramentū erat ꝑſona priuata
peccauit mortaliter. xxij. q. v. Il-
le. Si vero nō credebat ipm iu-
rare falſum. licet etiam neſciret
eum iuraturū verū videtur tn̄
veniale. Sed ſi exigēs iuramen
tum ſit ꝑſona publica vt iudex
⁊ rōe publice iuſticie iuxta ordi-
nem iudiciariū cogebat̄ exigere
poteſt ſine peccato ⁊ tenet̄ ſm̄
Alex. de Halis in. iij. pte di. xxx-
ij. ⁊ Tho. vbi ſupra. Si iurauit
aliquid certitudinaliter de quo
dubitabat an veritas ſic ſe ha-
beret mortaliter peccauit preci
pue in iudicio q꞉ ꝑiculo ſe expo
ſuit ꝑiurandi. Secundo interro
get ꝯfeſſor ſi iocoſa leuitate vel
incaute ſicut ſolet fieri in cōmu
ni ſermone qn̄ꝙ iurauit aliquid
licitū indifferēs ſeu nulli⁹ impor
tantie vt de eundo cras ad vil-
lam. vel de comedēdo ⁊ bibēdo
⁊ hmōi veniale eſt. xxv. di. §. Cri
minis. Si vero iurauit etiā lici-
tum aliqḋ ſ; indiſcrete ⁊ male.

id eſt ſine neceſſitate vel vtilita
te ⁊ hoc deliberate ⁊ ex ꝓpoſi-
to mortale eſt. vt ibi ⁊ ex. e. tua
nos primo. Optime circa hoc
diſtinguit Bo. iij. ſen. diſt. xxxix.
ar. i. q. iij. Nõ refert qualicunqꝫ
modo iuret ſiue ꝑ deũ ſiue per
ſancta dei euãgelia vel ꝑ ſacras
reliquias. ſiue iuret ꝑ fidẽ meã
vel ꝓmitto corã deo q: idẽ im-
portant vel parũ differũt. vt no
tat Inno. ex. e. Et ſi chriſt. Cõ.
Rai. ⁊ arch. xxij. q. i. Nõ eſt. ⁊. e.
c. q. v. iuramentũ. ⁊ duran. in ſu.
e. ti. q. lxix. ⁊ ſe. Et quotiẽs ſic de
liberate ⁊ ex ꝓpoſito iurauit to
tiens mortaliter peccauit niſi
vno impetu ⁊ ꝯtextu verborũ
ꝯtinuato pluries iurauerit. quia
tunc videt vnũ ſolũ peccatũ. ff.
ad. l. acquil. l. Illud. ⁊. ff. de pri.
delict. l. ij. ⁊ qđ ibi no. Facit
ad hoc qđ dicit de reg. iur. in re
gula delictũ ꝑ Io. an. in mercu.
vbi tenet ꝙ ꝑcutiens clericum
pluries vno ꝯtextu ⁊ impetu nõ
incidit niſi vnã excõicatõis ſen-
tentiã. Si iurauit alicui aliquid
ſic eſſe vel nõ eſſe ⁊ hmõi inten
dens aliter q̃ verba ſonẽt, q: ſi
hoc doloſe egit ⁊ in fraudẽ mor
taliter peccauit. xxij. q. v. Qua-
cunqꝫ arte. Secus ſi ſimpliciter
⁊ ſine dolo iurauit vel coactus
ab eo cui iuramentũ pſtare de iu
re nõ tenet tunc enim nõ peccat
q: de⁹ accipit iuramentum ſm
intentionem iurantis ſine dolo
vt ibi. ⁊. ca. hoc videt. e. cauſa. ⁊
q. vbi hoc no. glo. ⁊ archi. Con.
Alex. de hal. ⁊ tho. vbi ſupra. Si
iurauit aliquis ꝑ caput aut corp⁹
xp̄i aut ꝑ alia eius membra ⁊ re
ferat verba ad diuinã naturam
mortaliter peccat. Si vero ad
ꝑſonam filij ⁊ iuret cũ reueren-
tia ꝑ ei⁹ mẽbra vt ꝑ ſanctum cor
pus ei⁹ nõ videt peccatũ ſi pro
cauſa licita. ſ. pro neceſſitate vel
vtilitate. Si vero ꝑ modum op
probrioſum iurauit vt ꝑ mẽbra
dñi qui in alijs hominibus tur-
pia cenſent ⁊ inhoneſta ſicut mul
ti ribaldi qui paſſim ⁊ aſſidue ꝑ
ea iurant mortaliter peccãt ſm
. Ꝛ Ꝛ. ⁊ eſt blaſphemia. xxij. q. i. ſi
quis ꝑ capillũ. vbi hoc idem no
tat archi. Si iurauit ꝑ creatu-
ras referẽs ad eas principaliter
aliquid numinis mortaliter pec
cauit. ſi vero per eas ita iurauit
vt ad earũ creatorẽ tm̃ iuramẽ
tum referat venialiter peccauit
⁊ notat Archi. vbi ſupra. ſi iura
uit aliquid temere. i. qđ de ſui
natura ſit mortale vel qđ ſerua
tum vergat in interitũ ſalutis ⁊
ne peccauit mortaliter iurãdo.
xxv. di. §. criminis. ⁊ no. Archi.
xxij. q. iiij. in malis. quando vero
ſolum iuramentũ vergit in pe-
iorem exitum qđ contingit ſex
modis. Primo cum iurat aliqđ
qđ in ſe eſt mortale. Secũdo cũ
iuratur aliquid qđ in ſe eſt veni
ale. Tertio cũ iurat indifferẽs

aliquid q̄d ex circūſtantia effici
tur mortale vel veniale. Quar
to iuramentū excludit opus ex
charitate faciendū. Quinto cū
excludit opus de genere bono
rum. Sexto cum excludit opus
indifferens ꝑua intentione pro
deo aut ꝓ proximo faciendum
In primis aūt tribꝰ quilibet ſic
iurans autoritate ꝓpria poteſt
ꝯtrauenire. ſed imponenda eſt
ei penitentia ꝓ temerario iura
mento. Reliqua vero tria non
ſunt obligatoria nec ꝑ trāſgreſ
ſione eorū imponenda eſt peni
tentia tanq̄ꝫ ꝓ mortali. Autori
tate tñ ꝓpria non expedit con
trauenire. tum ꝓpter reueren
tiam ſacramenti. tum propter
ſcandalū ſimplicium niſi ꝓpter
vrgentem neceſſitatē. alias de
bet haberi abſolutio ſeu relaxa
tio a ſupiore. hec Archi. vbi ſu
pra. c. ſe. Si iurauit aliq̄d ſecre
tum tenere q̄d tractatum eſt in
cōcilio vel aliud q̄d ſit periculo
ſum reuelare. Nam ſi aduerten
ter reuelauerit peccauit morta
liter ipe ꝛ qui eum ſuaſit ad re
uelandum ſciens eſſe ſecretum.
Con. Richar. in. iiij. di. xxi. ar. v.
q. iiij. Si iurauit ſeruare ſtatu
ta alicuius loci vel ciuitatis iu
ſta tranſgrediendo ſcienter pec
cauit mortaliter. Si tñ aliq̄d ſta
tutū eſt abrogatum ꝑ ꝯtrariam
ꝯſuetudinē. q2 quotidie ꝑ om
nes fit ꝯtrarium ꝛ multo tem

pore non videtur ꝑiurus ſi non
ſeruet illud. di. iiij. §. leges Co.
xx. Si ꝓmiſit cum iuramento
ſe facturum aliquid licitum ad
honorem dei vel ſanctorū ꝛ nō
intendebat ſeruare mortaliter
peccauit. ſi autē intendebat ſer
uare ſed veniente termino quo
debebat implere ꝓmiſſum non
adimpleuit cū tñ poſſet. licet cū
incōmoditate ſua peccauit mor
taliter. idem eſt ſi iurando aliq̄d
ꝓmiſit homini q̄d daret ad cer
tum terminū. q2 ſi non impleuit
cū poſſet elapſo termino pecca
uit mortaliter. niſi ille cui ꝓmi
ſit ante terminū relaxaret iura
mentum q̄d facere poteſt. ex. e.
c. i. ꝛ. c. ſi ꝓmiſſum credat ſolum
in vtilitatem eius. ſecus ſi talis
ꝓmiſſio concernat honoreꝫ dei
vel ſanctorum ſeu vtilitateꝫ cō
munē vel alteriꝰ tercij vt notat
plene do. An. de hu. ex. de ſpon.
Preterea. ꝛ Joh. de imo. in cle.
ex graui de vſur. ſi aūt q̄d ꝓmi
ſit non potuit implere excuſat
ꝯtunc a peccato quouſq̄ꝫ pote
rit. Si aliquid vi metu ve cauſa
iurauit ſuare tenet̄ ſm Rai. ex
e. ſi vero. ꝛ ex. q̄ metꝰ cauſa. Ad
audientiā. vide ibi clariꝰ. ſi iura
uit ex impetu aliq̄d ſuper quo.
ſi plene deliberaſſet nō iuraſſet
ſeruare tenet̄ ſi eſt licitum ſm
xx. Ad hoc xvij. q. iiij. ſunt qui.

¶ De diſpenſatione iuramen
torum.

Quis aūt poſſit a iuramēto abſoluere vel diſpenſare notat dñs An. de bu. vbi ſupra. ⁊ ſpecu. in ti. de legat. §. Nunc oſtendendū. xv. xxiiij. Et duran. i ſum. e. ti. q. lxvi.

## De adiuratione.

Tertio interroget cōfeſſor ſi adiurauit aliquē p̄ inuocationē diuini nominis vel p̄ reuerentiam alicuius rei ſacre. q: ſm tho. ij. ij. q. xc. ar. i. ſi hoc facit alicui nō ſibi ſubdito p̄ modū coactōnis intendens eū obligare ad aliq̄d faciendū ſicut obligare ſeipſum iurando illicitū eſt ⁊ mortale q: vſurpat poteſtatem in aliū quā nō habet. Si vero hoc facit erga ſubditos aſtringens eos tali genere adiuratiōis. licita eſt eo caſu quo liceret eis p̄cipere alias non. ⁊ tunc adiuratus tenet illud dicere vel facere alias peccaret mortaliter. Adiurare vo aliquē p̄dicto modo p̄ modū deprecationis nō neceſſitatis talis adiuratio licita eſt reſpectu quorūlibet ſi fiat ex cauſa. Si adiurauit demones ad aliquid ſciendum vel obtinendū ab eis p̄ modum p̄cis. eſt illicitū ⁊ mortale ſm Tho. vbi ſupra. ar. ij. niſi fieret ex familiari concilio ſpiritusſancti vel ex quadā ſimplicitate querendo ab obſeſſis a dyabolo. Adiurare aūt eos per modum coactionis ne nobis noceant licitū eſt. Luc. x. Si adiurauit creaturas irrationales ne dyabolus eis vtat ad nocendū nobis talis adiuratio p̄ modū cōpulſionis ſicut fit ab exorciſtis licita eſt ſm tho. vbi ſupra. Si aūt vt dyabolus operetur aliquid in eis nō licet ⁊ mortale eſt. Si in cantilenis fabulis ſeu in narrationibus turpibus ⁊ amatorijs miſcuit ſcienter deū vel ſanctos mortale eſt.

## De tranſgreſſione votorum.

Quarto loco interroget cōfeſſor ſi tranſgreſſus eſt ſeu omiſit implere aliquod votum licitum et ſi aduertenter cum poſſet. tunc ſemper eſt mortale et totiens quotiens tranſgreſſus eſt. Secus ſi ex obliuione vel impoſſibilitate. Si nouit ſe aliquod malum facturum vt vindictam vel aliquod bonum nō facturum ſine maioris profectus impeditiuum vt non ingredi religionem ⁊ huiuſmodi mortale eſt nec ſeruare tenetur. imo autoritate propria cōtrauenire poteſt. Si nimis tardauit implere quod vouerat, p̄pter quod omnino excidit a memoria vel venit in ſtatum non valendi implere cum bene prius potuiſſet mortale videtur. Idem quotiens dimiſit propoſitum implendi cum tū poſſet. Et ſm. xv. Si vouit abſolute ⁊ ſub tp̄is p̄fixiōe

tenetur ſtatim implere cum po
teſt. alias ſi ſub conditione vel
cum temporis ꝑfixione nō tene
tur niſi exſtante conditione vel
die determinato. niſi ex hoc im
mineret periculū non valēdi im
plere. puta is qui vouerat intra
re religionē ſi ex mora timet im
pedimentū tenetur nō differre
ſm ſanctuꝫ tho. in. iiij. Si vouit
aliquid licitum ſe facturum pro
pter malū finē grauiter peccat.
ꝛ nō tenet votū ſm Ricḋ. in. iiij
di. xxxviij. ar. i. q. i. Si exiſtens ꝓ
prie poteſtatis fecit. votū abſti-
nentie ſeu ꝑegrinationis et du
bitat vtrū poſſit implere vł nō
ꝛ ſine diſpenſatione vel cōmu-
tatione ſeu ꝯſilio ſui ſuperioris
vel ꝯfeſſoris cum de facili poſſit
habere recurſum ad alterum ip
ſorum frangit. mortale videtur

¶ De votis ſubditorū.

¶ Si exiſtens ſub alterius po
teſtate puta vxor. impubes. pu-
pillus ꝛ ſeruus vouerit abſtinen
tiam vel ꝑegrinationē ꝛ hmōi.
ſine ꝯſenſu poteſtatē habentiū.
nō tenetur niſi tacite vel exp̄ſſe
ratificet̄ ꝑ eos puta ꝑ viruꝫ pa
trem tutorē ꝛ dn̄m. nec iſti pec-
cant reuocando vota ſubiecto-
rum nec ſubiecti peccant nō im-
plendo vota. xxxiij. q. v. noluit. et
c. Manifeſtū. ꝛ c. Hec imago. ꝛ
qḋ dictum eſt de votis intelligi
tur etiā de iuramentis. ſm. xx.
ꝛ in talibus vir ꝛ vxor non ſunt
ad imparia iudicādi excepto vo
ta vltra marino de quo ex̄. de
vo. ꝛ vo. redēp. c. Magne. imo
plus quia votuꝫ qḋ ante matri
monium contractum emiſerat
vxor vel cui vir ſemel conſenſe-
rat ſine peccato ex iuſta cauſa
poteſt etiā reuocare vt ī iurib⁹
ꝑallegatiſ. Con. Ricḋ. vbi ſupra
ar. iiij. q. i. ꝛ Inno. ex̄. c. ſcripture.
vbi dicit idē eſſe de puberibus
qḋ de impuberibus dūmodo ip
ſi puberes ſub patria poteſtate
ſint ꝯſtituti niſi patres ꝯſentiāt
exp̄ſſe vel tacite. Con. predictis
dn̄s An. de bu. i. d. c. Scripture
cū limitatōe tn̄ dicit ꝙ forte nō
eſſet malū dicere ꝙ patere vo-
ta filij ꝛ vir vxoris vota ꝛ econ
uerſo irritare poſſunt inquantū
derogeṫ patrie poteſtati vł ma
ritali ſeu ꝯiugali. ideo ſec⁹ ſi ali
quis ꝑdictoruꝫ voueret dicere
pſalteriū vel aliq̇d hmōi qḋ poſ
ſet facere ſine leſione ꝛ pre iudi
cio iuriū ꝑdictorum. Con. hugo
d. c. Manifeſtū. credit tn̄ inno.
ꝙ etiā impubes ſi doli capax ſit
ꝛ fecerit votum abſtinentie vel
peregrinationis vel aliud hu-
iuſmodi ꝙ debet illud implere
poſtquā patriā exiuerit poteſta
teꝫ quia ſe obligauit deo quod
potuit ſicut et per delictum ſe
obligare poteſt dyabolo. vt ex-
tra de delic. pue. capitulo ꝑmo.
Cum talibus tamē eſt faciliter
diſpenſandum vel cōmutandū

Con. Jo. an. ⁊ dominus An. de
bu. in. d. c. Scripture. Idez dicit
Archi. xxvij. q. i. c. Nuptiarū de
vxore que ad preceptuz viri fre
git votum abſtinentie. ſcꝫ ꝙ eo
mortuo tenetur exequi votum
ſuum. Et idem de alijs ſub alte
rius poteſtate ꝯſtitutis quia ſcꝫ
eorum vota reuocata ſeu irrita
ta a ſuperiore ceſſante prohibi
tione tenentur ea ſeruare. ar. xv
q. vi. Nos ſanctorum. Con. bu.
⁊ Inno. idem in direc. li. v. ti. xxij
§. xvi. ⁊ ſe. Si fecit aliqđ votuz
ſtultum vt de non pectinando
caput in ſabbato ⁊ huiuſmodi.
Etiā ſi p honore ſanctorum fe
cerit huiuſmodi vota potiꝰ ſūt
deridenda q̄z obſeruanda. quia
ſimilitudinem quandā habent
cum idolatria ⁊ notat tho. ij. ij.
q. lxxxviij. Idem durā. in ſum. e.
ti. q. i. ⁊ archi. xvj. q. ij. Qui bona.
ſi fecit votū ſub ꝯditione gene
rali vel ſpeciali ⁊ ꝯditio aduene
rit votū ſeruare tenetur. Si ve
ro nō aduenerit nō tenetur niſi
taliter vouens ſe obligare omi
no intendebat. etiā ſi intentum
ſuū non ꝯſequeret̄ ẜm Ric. vbi
ſupra. ar. i. q. ij. Cō. Inno. Jo. an.
⁊ dn̄s An. đ bu. in. c. Scripture.
e. ti. vbi plene de hoc p doct. Si
exiſtens i aliquo periculo ſeu an
guſtia emiſit aliqđ votum puta
mulier in partu vel quis alius i
mari ſeu alibi. quia ſi habuit de
liberatam intentionem obligā
di ſe obligatꝰ eſt. ẜm. x. x. ar. xvij
q. iiij. Sunt qui ppes. ſecꝰ ſi ſubi
to ⁊ indeliberate. ex. e. Literatu
ram. niſi poſtmodum ratificet.
ẜm duran. in ſum. e. ti. q. i. licet
igitur licitum quis mente pro
ponat vel voueat Non tamen p
poſitum vel votuz complere te
netur niſi deliberatio preceſſerit
Nam ẜm Thomam ſecūda ſe
cunde. q. lxxxviij. ar. i. ad votum
tria de neceſſitate requiruntur
Primo deliberatio. Secundo
propoſitum voluntatis. Tertiō
promiſſio in qua perficitur ra
tio voti. Abbas in. d. c. Litera
turam. dicit ꝙ in voto poſſunt
attendi tria. ſcilicet initium. cō
firmatio. ⁊ ꝯſummatio. Inicia
tur enim votum cum propoſitū
in mente ſeminatur ⁊ cognoſcit
homo illud eſſe bonum qđ pro
ponit non tamen aliquid deli
berat. ideo ex hoc non obligat̄
quo ad deum nec quo ad eccle
ſiam. Confirmatur cum ſuper
propoſito figitur ⁊ firmetur de
liberatio ⁊ ex hoc obligat̄ quo
ad deum. Conſummatur cuz p
poſitum deliberatū ore vel alio
actu extrinſeco exprimitur. Et
hoc obligat quo ad deuz ⁊ quo
ad eccleſiā. ⁊ notat Jo. an. ⁊ dn̄s
An. ibidē. In dubio ꝯſulat ꝯfeſ
ſor qđ tutiꝰ eſt. De voto religio
nis vide infra hac eadem parte
ti. iiij. c. i. ⁊. ij.

¶ De diſpenſatōe votorum.

Circa diſpenſationez
votoꝝ ſᷓm hoſ. tene
tur regula qđ qñcun
q3 aliquis vouet vel
ꝓmittit aliqđ facere quo facto
vel aliqđ nō facere quo ñ facto
cedit in detrimentū ſalutis ani
me vel corpis. vel peccatū mor
tale incurrit nō eſt ſeruandū vo
tum nec iuramentū nec pactuz
nec ꝯſuetudo nec lex nec prece
ptum nec aliqđ aliud vinculum
firmitatis. xxij. q. iiij. §. fi. ⁊ c. In
ter cetera. ⁊ ex. de iurıur. c. q̃zto
Si vero votū eſt licitū autorita
te ſupioris ⁊ ex cauſa pt diſpēſa
ri ſeu cōmutari. ex. e. c. i. vbi ptz
ꝙ eps vel eo ſupior pt oīa vota
ex cauſa diſpēſare vel cōmutare
ī meliꝰ ꝑter ea q̄ ſunt ei expſſe ꝓ
hibita ⁊ pape reſuata q̄ ſunt q̄t
tuor. Primū eſt votū ꝯtinen
tie ſeu caſtitatꝭ qđ ſolꝰ papa pt
diſpēſare ex magna cauſa et ꝓ
pter maius bonū vt dicūt hoſt.
⁊ ala. di. c. i. pt tñ eps diſpenſare
ſup voto de nō petēdo debituz
ꝯiugale ſᷓm al. Secundū ē vo
tum vltra marinū. ex. e. ex mltꝭa
Tertiū eſt votū de viſitando
limina apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli.
Quartū eſt votū ſancti Iaco
bi hec due reſeruant pape ꝺ cō
ſuetudine curie. Ceteri xo pla
ti ⁊ cōfeſſores epo inferiores li
cet a peccato traſgreſſionis vo
toꝝ poſſint abſoluere cū nō ſit
de caſibꝰ reſeruatꝭ. Vota tñ de

iure cōmuni nō poſſunt diſpēſa
re nec cōmutare. ⁊ ſic de cōſue
tudine ſeruat vt dicit hoſti. ex
ceptis tñ platis religioſis. Naz
oīe votū qđ quis fecerit in ſe
culo ſi īgrediēs religionē actua
liter ſeu habitualiter intēdit il
li ampliꝰ nō teneri cōmutat in
votū religionis ⁊ ipo ingreſſu li
berat. ex. e. Scripture. Si vero
actualiter ſeu habitualiter intē
dit ingrediēdo religionē etiā ob
ligari ad illa remanet obligatꝰ.
Tñ poſtq̃z ꝯuenerit hoc ad no
ticiā plati ſui ipm ab illis abſol
uere poterit pcipue ſi tpe ꝓfeſſi
onis eiꝰ platus hoc ignorabat.
ſᷓm Rich. in. iiij. di. xxxviij. ar. viij
q. ij. In religione vero religioſus
nō pt aliqđ ſine ſui licētia plati
vouere. niſi forte eſſet qđ mini
mū ex quo nil mali admiratōnis
vel ſcandali venire poſſet. puta
orationē ⁊ hmōi. Et ſi alias vo
uerit nō debet ſine plati licētia
exequi. Et ſi de licētia plati ali
qđ vouerit videt quibuſdam ꝙ
hoc caſu ipe idē platus cū eo di
ſpenſare nō poterit. ſ3 eiꝰ ſupior
bene hoc poterit ſᷓm Rich. vbi
ſupra. ar. iiij. q. iij. In his cōiter
Con. doc. Caſu igit quo votuz
diſpēſari ſeu cōmutari debeat.
ꝯfeſſor multa habet ꝯſiderare.
Primo cauſam licitā. vt cū qs
vouit abſtinentiā vel pegrinati
onē ⁊ eſt ſenex debilis vel infir
mus. vel eiꝰ abſentia eſt multuz

damnoſa rei publice vł occaſio
alicuiꝰ magni mali. vel multum
veriſimiliter redẽptio ſeu cõmu
tatio voti melior ꝛ deo gratior
videať q̃z voti adimpletio. et q̃
ſine cauſa ratõnabili diſpẽſant
licet quo ad eccleſiaz teneãt tñ
quo ad deuz ꝛ in iudicio anime
diſpenſans ſibi damnatõem ac
quirit. ix. q. iij. Aliorũ. ex̃. e. Non
eſt. Idẽ indirec. e. ti. ¶ Secundo
cõſiderare debet qualitatẽ pſo
ne vouẽtis. hoc ideo dico quia
ſi votũ eſt pegrinatõis ꝛ vouẽs
eſt robuſtꝰ cõmutari pt i vigili-
as ꝛ ieiunia. Si vouẽs eſt diues
ꝛ debilis pt cõmutari in elemo
ſinam. Et ſi vouens elemoſinaz
eſt paup ꝛ fortis pt cõmutari i
itinerationẽ ꝛ ieiuniũ. vt notat
dñs An. de bu. ex̃. e. c. i. ¶ Ter-
tio debet ꝯſiderare maiorẽ vti-
litatẽ. Expedit em̃ vtilitatẽ rei-
publice pferri vtilitati priuate.
vel ſm Io. an. ibidẽ. licet vouẽs
ſit fortis ꝛ ieiunare ꝛ pegrinari
poſſit põt tñ ꝛ vult edificare ec
cleſiã hoſpitale. puellas dotare
vel paupes reficere ꝛ veſtire ta
lis em̃ ꝛ tanta poterit eſſe redẽ-
ptio ꝙ erit magis vtilis ꝛ gra-
ta deo proinde dañ. iiij. dicitur
peccata tua elemoſinis redime
¶ Quarto debet ꝯfeſſor ꝯſide-
rare facultates vouẽtis laborẽ
ꝛ expẽſas itineris. ad locum tñ
pegrinationis mittẽda eſt obla
tio quã vouẽs ibi erat facturuſ
ſm Rai. ꝛ duran. in ſum. e. ti. ſz
hoc pt intelligi ď honeſtate nõ
de neceſſitate ſm. Ho. tene pri-
mam opinionẽ. qꝛ verior ex tali
em̃ pollicitatõe ꝯquiſitũ iã fue
rat ius illi loco ſeu eccleſie vt
notat Inno. ꝯtrab. ꝛ ab. ſy. ex̃ ď cẽ.
ex pte. Tollere quĩt votuz abſq
cauſa vel vlla cõmutatione non
videtur poſſe fieri nec etiaz ſine
autoritate ſupioris quantũcun
ꝙ ſit cauſa poſſe differri ſi ha-
beri poteſt. extra. eo. non eſt. vbi
hec notant Bar. ꝛ Hoſtienſis.
ꝛ notatur in direc. libro ſecũdo
titulo. xxij. ¶

¶ Tertium preceptum eſt de
obſeruatione feſti.

Tertiũ preceptũ
ẽ. Sabbata ſan
ctifices. de hoc
etiam dicitur. ex
odi. xx. Memen
to vt diem ſabbati ſanctifices.
Hoc legis precepto precipitur
tempus aliquod vacatiõis deo
deputandum ꝛ indeterminate.
ꝛ hoc modo precipitur dieſ do
minica tempore gratie ſicut di
es ſeptima tempore legis mo-
ſayce quia talis vacatio ſecun-
dum tempus aliquod indeter-
minatum eſt preceptum mora-
le legis nature. ¶ Secundum
vero quod precipitur aliquod
tempus vacatõis determinatũ

vacatō diei dominice tempore
gratie eſt mortale diſciplinuȝ.i.
morale ex inſtitutione diuina ꝑ
miſteriū eccleſie.ideo circa hoc
temp⁹ eccleſia pt diſpenſare ne
ceſſitate vel pietate exigēte ſm
Alex.de al.tertia pte ſu.d.xxxiij
ar.vlti.q.ij.Et notat ꝙ feriatio
diei dñice incipit a veſpa vſqȝ
ad ſequentē veſperā.ex.e.Oēs
id eſt a ſero diei naturalis prece
dentis vſqȝ ad occaſum ſolis ip
ſius diei dñice .vt notat Ni.de
li.exo.xx.Idem de alijs feſtis ab
eccleſia ꝑceptis.Eſt tñ ſm quoſ
dam attendenda cōſuetudo re-
gionū circa feſtorū initiū ⁊ finē
ex.e.Quoniā.Eſt igit̄ ceſſandū
diebus feſtiuis ab omī ope ſer
uili.qđ duob⁹ modis accipitur.
Primo modo accipit̄ opus ſer
uile ꝑ peccato.Joh.viij.Qui fa
cit peccatū ſeru⁹ eſt peccati ⁊ li
cet omī tempore peccatum ſit
damnabile eo maxime eſt dam
nabile cuȝ ſit tpe determinato
vacationi diuine.q₂ qui tali tpe
peccat duobus peccatis peccat
vno actu.non ratione actus ſed
ratione reatus ſicut qui deflo-
rando interficit virginē dupli-
citer peccat vno actu interficiē
do.ſ.⁊ ſtuprādo ſm Alex.vbi.ſ.
Alio modō hoc ꝑcepto ꝓhibe-
tur opus ſeruile ꝓut determīa
tur ab eccleſia.ex.e.omēs.pote
rit igit̄ confeſſor ſup hoc prece
pto ſic formare interrogatōes.

Primo ſi fecit dieb⁹ dñicis vel
alijs feſtis preceptis ab eccleſia
aliqđ opus mechanicū vel ma-
nuale vel agriculturam ⁊ hmōi.
q₂ peccauit mortaliter .excuſat̄
tñ a peccato tripliciter.Primo
ex neceſſitate que nō poſſit dif-
ferri.vt ſi iacentib⁹ ſegetibus in
agris aut fenis in pratis immi-
net tempeſtas vel pluuia q̄ cor-
rumpat vel deterioret ſeu gra-
tia vindemiarū aut meſſiuȝ ob
neceſſitates hominū vel eſt pe-
riculum hoſtiū aut veniūt inun
dationes aquarū ⁊ hmōi.ex.de
fer.c.fi.⁊ Alex.vbi ſupra.Hac d̄
cauſa excuſant̄ etiā minutores
⁊ fabri ſi principaliter ꝓpter ne
ceſſitatē ⁊ nō ꝓpter cupiditatē
hoc faciūt.Idem de carnificib⁹
⁊ pincernis qui in dieb⁹ feſtis ꝑ
parant ea que debent vendere
in craſtinū in mercato vel ſtati-
onibus ſuis.Et reliqui qui pre-
parant victualia diebus feſtis ⁊
die ꝑcedenti nō poterāt cōmo-
de ꝑparare.Excuſari etiā viden
tur hi qui a dñis ſuis cōpellunt̄
opari diebuſ feſtis ſi iuſto metu
inducti hoc faciunt.ideo de ve
ctoribus merciuȝ ad nundinas
vł loca remota.q₂ ſine graui in
cōmodo nō poſſent diebus feſti
uis ceſſare ł ab itinerando.De
barberijs aut ferratorib⁹ equo-
rum videtur idē.ſ.ꝙ excuſantur
opando in feſtis ſi principaliter
ꝓpter neceſſitatē eorū quibus

hmõi opas impendunt faciant. ſecus ſi principaliter ꝓpter que ſtum aut cupiditatẽ. Et illi etiã qui de talibus eos requirũt ex-cuſant. ſi aliter nõ poterant ſibi cõmode ꝓuidere. Viatoreſ etiã ꝛ curſores ſi itinerent in feſtis non credo condemnandos ſiue hoc faciant ꝑ pecunia ſiue non hec. ꝯꝯ. Idẽ duran. in ſum. e. ti. q. v. Euntes autẽ ad mercata q̄ fiunt in feſtis ſi emit ꝑ aliqua ſua neceſſitate non credo ꝙ pec-cent mortaliter ſm. ꝯꝯ. Secus ſi ꝯſuetudinarie ſeu lucrãdi cu-piditate ſicut ſolent multi mer-catores facere qui ꝓpter freq̄n-tandas nundinas ꝛ hmõi mer-cata etiam a diuinis in feſtis ſe ſubtrahunt. Mercata ꝟo que ꝓ victualibus ꝛ quottidianiſ ne-ceſſitatibus fiunt vt taberne et hoſpicia nõ videnẽ eſſe illicita. ſi ꝓpter neceſſitatem egentiuz principaliter fiant non propter lucrũ nec ꝓpter hoc omittatur diuina. Idem de aromatorijs ſi vrgente neceſſitate puta infir-morum ꝛ aliorũ quibus ſine ſcã-dalo nõ ſubueniri nõ poſſit labo-rent ſeu vendant nõ tñ propter hoc apertas apothecas tenere debent. Idem de tingentibꝰ la-nam vel pannoſ pcipue ĩ tinctu-ra gaudi ſi in feſto laborant ne tinctura periclitet vel deterio-retur. Et breuiter oĩa officia ꝛ exercitia que humana neceſſi-tas exigit exerceri vt coquere panem ꝛ alia cibaria preparare ſcribere ꝛ hmõi in feſtis licite fi-eri poſſunt multo magis oĩa ſpiritualia vt notat Archi. ď cõ. di. iij. c. Ieiunia. Secundo excu-ſat pietas. Naz ex pietate licet cauſas debilium vel miſerabili-um pſonarum in die dominico tractare ꝛ alia pia opera facere ex. e. c. ꝛ fi. Unde dicit duran. in ſum. e. ti. q. vij. ꝙ exceptis diebꝰ dñicis ꝛ maioribus ſolẽnitatibꝰ chriſti poſſunt ꝑ eccleſia arari agri pauperũ ꝛ alia eorũ opa fi-eri. ex. e. licet. pcipue ſi ſic ſe ha-bet ꝯſuetudo regionis quã ſcit eṗs loci ꝛ non reprobat ꝛ talis ſit pauptas pauperũ ꝙ hoc exi-gere videatur. Con. ꝯꝯ. In pre-cipuis vero feſtiuitatibus non ſit ꝓhibitum vel etiã ꝯſuetudi-ni loci ꝯtrarium ſm durã. ibidẽ licet aliquid circa edificationez eccleſiarum locorũ ſacrorũz ho-ſpitalium vel circa edificationẽ domorũ religioſorũ ꝛ miniſtro-rum eccleſiarũ pauperũ pſertiz eorum qui redditus non habẽt vt ſi oporteat portari lapides conduci ligna ꝛ hmõi que alias vix vel nunq̄z cõmode fieri poſ-ſent. Nõ tamẽ ꝓpter hoc omit-tantur diuina nec ꝑ totã diem laborent. Con. ꝯꝯ. ꝛ Alex. ď hal' vbi ſup. vbi addit hec licere ma-xime ſi interueniat diſpenſatio illorum quibꝰ credita ẽ. Tertio

excuſat operis paruitas vt mo-
dica itineratio ⁊ modica opera
hominis qua moleudina ad vẽ
tum ſeu ad aquã exercentur et
mouent̃. ſecus aũt de alijs mo
lendinis. ⁊ ſi ſteriliens dñs vl̓ pa
terfa. ſeu patronꝰ fecit fieri aut
permiſit fieri a ſubditis ſuis ali
qđ opus ſeruile diebus feſtiuis
exceptis p̄dictis tribus caſibuſ
peccauit moꝛtaliter ipſe ⁊ ſub-
diti niſi iuſto metu qui cadere
poſſet in conſtantẽ virum feciſ-
ſent. vel niſi aliter q̃ȝ ab eo vi-
ctum ⁊ neceſſaria acquirere poſ
ſent ꝓ ſuſtentatione nature ꝓ
pꝛie ac ſuoꝛũ. ex̃. de reg. iur̃. Nõ
nõ eſt. i. q. i. Remiſſionẽ. Si per
totam diem feſti vacauit vena
tionibus ⁊ aucupijs qꝛ licet de
ſe non ſint moꝛtalia ex circum-
ſtantia tñ poſſunt fieri moꝛtalia
Si vacauit ludis ⁊ choꝛeis et
alijs vanitatibꝰ ſeculi in die fe-
ſto. Nã ibi occurrunt ſepe moꝛ
talia. Uide infra in peccato gu
le. Si diebus feſtiuis fuit dedi-
tus ebꝛietatibus ⁊ cõmeſſatio-
nibus ſuperfluis. quia ſi ex certa
ſcientia nimium ſe ingurgitaue
rit vel biberit moꝛtaliter pecca
uit. Ut notat Arch. diſt. iij. ca.
Quadrageſima. ſi diebus feſti-
uis iuit ad ſpectacula illicita pu
ta baſtiludia vel toꝛneamenta
quia videtur peccaſſe moꝛtali-
ter exquo ea facere eſt moꝛtale
⁊ ꝓhibitum ſm. xx. quacunq̧

intentione fiant ⁊ ſobꝛie ſcđm
Rich. in. iiij. diſt. xxiiij. ar. ij. q. iij.
Et quia qđlibet moꝛtale diebꝰ
feſtis cõmiſſum duplicatur ſm
Alex. vbi ſupꝛa. ⁊ Nic. de li. exo.
xx. Ideo de hmõi eſt confitendũ
in ſpecie. Si diebus dominicꝭ ⁊
alijs diebus feſtiuis nõ vacauit
oꝛationi qꝛ ad hoc tenetur ſm
doct. ex hoc pꝛecepto decalogi.
Memento vt diez ſabbati ſan-
ctifices. Con. Rai. ⁊ durã. in ſũ.
e. ti. q. v. Si in feſtis pꝛeceptis
vt ſupꝛa audiuit miſſaȝ integrã
ſicut tenet̃ de ꝯſecratione. di. i.
Omnes fideles. ⁊. c. miſſas. Nã
ſi omiſit ex contemptu vel cu-
piditate lucrandi. vel alia ratio
nabili cauſa puta eundi ad ſola
cia vel conuiuia ſeu etiaȝ ex ne
gligentia vel ignoꝛantia craſſa
peccauit moꝛtaliter. totiẽs quo
tiens cõmittit audire totã vl̓ eti
am notabilẽ partẽ. Secꝰ ſi omi
ſit ex cauſa rationabili vel etiaȝ
ſi ex cauſa minꝰ iuſta qñq̧ ante
finẽ miſſe diſceſſit. vt in dicto. c
Miſſas. Idẽ Arch. in. d. c. Oẽs
dũmodo ſine ſcandalo alioꝛum
diſcedat. qđ aũt quiſ audiat miſ
ſam in parrochia ſua in feſtis ñ
eſt de p̄cepto nec obſtat decre.
vt diebus. ex̃. de proch. qꝛ anti-
quiſſima conſuetudine illi đcre-
tali derogatũ eſt quã romanus
põtifex ſcit. tollerat Uñ audiẽs
miſſaȝ alibi q̃ȝ i ꝓpꝛia prochiali
eccleſia nõ ꝯſtituit̃ tranſgreſſoꝛ

vt volunt Inno. Hoſ. ⁊ glo. in. c. i. de treu. ⁊ pa. Et ſaliter ſentire eſſet laqueū inicere fere om̄ib' chriſtianis q̄d non eſt veriſimile fore de mente pape. Quātē quis audiat miſſam a ↄcubinario. ſimoniaco ⁊ hm̄oi ex quo p̄lati ſuper hoc non ꝓuident non videntur conſitentes ſtimulādi niſi ſint adeo notorij q̄ nlla poſſint tergiuerſatione celari aut aliquo iure ſuffragio excuſari. Si ad miſſam perrexit ieiunus ⁊ ſtuduit audire eam cum deuotione reuerentia. Et attentōne abſq; leuitate ⁊ garrulatōne vt tenetur. Si cum potuit in feſtis ad predicationez ire curauit q: ſi ex contemptu vel ignauia accurata ire noluit de facile ibi mortale eſſe potuit.

## De ieiunijs.

Si obſeruauit indicta ab eccleſia ieiunia per totuz anni circulum. ſ. quadrageſimam quattuor tempora ⁊ vigilias feſtiuitatum. natiuitatis domini. penthecoſ. Aſſumptionis beate virginis Marie. Iohannis bapti. omnium apoſtolorum preter q̄z Philippi ⁊ Iacobi. ⁊ Iohannis euangeliſte. omnium ſanctoruz ⁊ beati Laurentij. ⁊ ea que epiſcopi indicunt in ſuis epiſcopatibus. de conſecratione diſtinctione tertia capitulo primo. et diſt. v. c. ieiunia. Ad hec em̄ omnia ieiunia quilibet poſt annū viceſimumprimum tenetur ſui precepto iuris poſitiui ⁊ quilibet omittens ea ieiunare ex cōtemptu vel ſine rationabili cauſa mortaliter peccat. Secus ſi ex cauſa rationabili frangit ieiunium credens probabiliter q̄ ſi legiſlator adeſſet eum in tali caſu obligari nollet nec talis tranſgreſſor eſt precepti ſecundum Thomam in quarto diſtinctione. xv. ar. i. queſtione q̄rta. ⁊ ſecunda ſecunde queſtione cxlvij. Idem Archi. lxxvij. di. vtinam. ⁊ de conſecratione diſtinctione tercia cap̄. primo. Soluunt enim ieiunium tantū tria Primo ſoluit illud pluralis cōmeſtio. Secundo carnium refectio. Tertio nimis notabil' hore preuentio ſecundum thomā vbi ſupra. Ubi enim etiam dicit q̄ non ſoluunt ieiunium vinum aqua et ſelectuaria. Con. Rich. ibidez. ar. iij. queſtione ſexta. Ex his patet q̄ multi excuſantur a ieiunio iuſta de cauſa que dicitur Etas infra annuz viceſimuz primuz. Infirmitas debilitas ciborum penuria paup̄tas peregrinatio ⁊ huiuſmodi. de his tamen vide plenius in direc. e. ti. ⁊ Tho. vbi ſupra. Et in piſa. Et quando cauſa non ieiunādi eſt euidens poteſt licite quilibet p̄ ſeipſum ieiunium omittere. Secus ſi non ſit cauſa euidens niſi

Cum de facili nō poteſt quis ad
ſuperiorem recurrere ꝓ diſpen
ſationis. Et incipit dies quo ad
ieiunium a media nocte vt ha-
bet̄ i piſa. C. cōmunicare Quo
vero ad eſum carniū poſt cenaꝫ
dieiꝫiouis ſſc alterius diei vſqꝫ
ad mane tertij diei comp̄hēdo
duas noctes ⁊ vnū die. de con.
di. iiij. de eſu. ſm hoſti. ⁊ Bar. ex̄
de fer. Om̄. Sed ſm Jo. cōſue-
tudo habet ⁊ etiā lex ciuilis. ff.
de fer. l. More ꝙ ſicut quo ad
iudicia dies incipit a media no
cte ⁊ terminat̄ in aliā mediā no
ctem. ſic quo ad eſum carnium
vbi qđ videt̄ verius vt notatur
in direc. li. iiij. ti. xxxi. Interroge
tur. Deinde ſi pluries in die ie-
iunij comedit ſine diſpenſatōne
vel cauſa legitima. Fregit eniꝫ
ieiuniuꝫ ⁊ peccauit mortaliter.
Non tñ dicitur quis pluries co
medere licet ſumat aliqua que
de ſe non ſunt principaliter or-
dinata ad manducandū ſeu nu
triendum. ſed ad aliū vſuꝫ puta
vinū aquā electuaria que licet
aliquo modo nutriant. non tñ
hic eſt eorum principalis vſus.
niſi fieret in fraudē vt eis quaſi
alijs cibis vteret̄ in magna q̄ꝫ-
titate ad famem extinguendaꝫ
ſm Tho vbi ſupra. Con. inno.
ex̄. e. ſuper rubrica. Ubi dicit ꝙ
circa ieiunia ab eccleſia indicta
poteſt ſtatui ꝙ bis in die come
datur. Sed parū comedatur in

prima vice ſicut faciūt ciſtercie
ſes nec frangunt ieiuniū eccl'ie.
Idem de ſeruitoribus nobiliū ⁊
religioſorum ⁊ lectoribus mēſe
eorū q: licet prelibent aliq̄d mo
dicum ante horam non frangūt
ieiunium. ſm. xx. ⁊ dñm An. de
bu. in. c. Conſiliū. e. ti. pleni⁹ ibi.
Si in diebus ieiunij abſtinuit a
cibis ꝓhibitis. Naꝫ ſi comedit
illis diebus ꝓhibita cibaria fre
git ieiunium ſm tho. vbi ſupra.
vbi dicit ꝙ carnes vniuerſaliter
interdicunt̄ in omni ieiunio ec-
cleſie. Ideꝫ de ouis caſeo ⁊ alijs
lacticinijs in ieiunio quadrage
ſimali. in alijs auteꝫ ieiunijs de
ouis ⁊ lacticinijs diuerſe cōſue-
tudines ſunt apud diuerſos q̄s
quiſqꝫ ſeruare debet ſm mores
eorum inter quos conuerſatur.
ſm eundem Tho. ibidē. Idem
Arch. de con. di. iiij. Rogatōes.
in fi. Si in diebus ieiunij nota-
biliter anticipauit horaꝫ come-
dendi ſine legitima cauſa ſoluit
ieiunium ſm Tho. vbi ſupra. ⁊
conſequenter peccauit mortali
ter. xxv. diſ. Criminis. ad fi. Ho
ra enim comedendi congrua in
diebus ieiuniorum eſt circa ho
ram nonam. ſi tamen per modi
cum tempus ante comedat̄ pu
ta hora ſexta non propter hoc
frangitur ieiunium maxime cū
in multis locis iam inualuerit
cōſuetudo ꝙ illa hora comeda-
tur. Secus ſi hora tercia quis

miſit. ſcilicet rapine furti et ſa-
crilegij. xij. q. ij. Amico. ꝛ q̄d ma-
ius eſt fidem negauit. ꝛ eſt infi-
deli deterior. xiiij. q. ij. Quod ob
lationes. ij. et. i. ibi. v. Et poteſt
cogi per epiſcopum ꝛ heredita
te priuari. vt in. c. ſi heredeſ. ꝛ in
c. Johannes de teſta. in fi. et ibi
per docto. Si patris vota que
morte preuentus adimplere ne
quiuit ſatiſfecit poſt eius mor-
tem. Nam quilibet heres tene
tur adimplere queacunq; realia
vota eius qui eum inſtituit he-
redem ſicut ꝛ debita. alias here
ditate priuabitur extra d̄ voto.
licet ꝛ hec vera ſunt. Etiam ſi ei
pater hoc non iniunxerit ſi intē
dit adire hereditatem ꝛ ſi vireſ
hereditatis hoc patiantur legi
tima tamen filio reſeruata. Ad
vota vero perſonalia non tene-
tur niſi pater ea ſibi iniunxerit
in vltima voluntate. tunc enim
omnino tenetur ipſe filius. etiā
ſi non acceptauit. alias heredi-
tate priuabitur. vt ibi. Et dicto
c. ſi heredes per dominum An.
de bu.

¶ Preceptum quintum eſt d̄
non occidendo.

Quintum preceptuꝫ
eſt. Nō occides. vbi
nota ꝙ tribus mo-
dis committit̄ ho-
micidium corporale ſcilicet vo-
luntate. caſu. ꝛ neceſſitate. Ho-
micidium vero voluntariuꝫ eti
aꝫ quadrupliciter committitur
ſcilicet facto. dicto. conſilio. ꝛ p̄
cepto. l. diſt. ſi quis viduam. ꝛ ſe
cundum hoc poſſunt ſic forma-
ri interrogatiōes. Primo ſi ſpō
te manu propria occidit aliquē
ꝛ ſi patrem vel matrem filium
vel fratrem ſeu extraneū ꝛ qua
de cauſa quia peccauit mortali
ter. diſt. l. ſi quis voluntarie. Si
pater filiam vel frater ſororem
fornicantem occidit mortaliter
peccauit. Si vir vxorem ꝓpter
adulterium. vel vxor virum pro
pter odium ſeu amorem adul-
teri occidit mortaliter pecca-
uit. Si mulier grauida queſiuit
aborſum per medicinas vel la-
bores nimios vel aliter. q3 pec-
cauit mortaliter ipſa ꝛ quecun-
ꝙ perſona ei ad hoc conſulens
vel cooperans. etiam ſi non ſe-
quatur effectus. Si vero ſequa
tur effectus ꝛ puerperium iam
erat formatum quod fit in ma-
ſculo ſecundum Auguſtinum ſu
per Johanne capitulo ſecundo.
in quadragintaſex diebuſ. In fe
mina vero in octuaginta. vt no
tatur. v. di. in principio. ꝛ habe-
tur ſecundo ſententiaruꝫ diſtin
ctione triceſimaprima. tunc ho
micidium committitur p eam
ꝛ per cooperantem vel conſulē
tem. ij. queſtione quinta. Conſu
luiſti. ꝛ xxxij. q̄ſtione. ij. Q d̄ vero

Si mateꝛ vel nutrix ſuffocauit
filium quē tenet iuxta ſe ī lecto
inaduertentes opprimens eum
mortalr videtur. ſi ꝑpter eius
culpam vel negligentiā notabi
lem. ex. de his qui occi. fi. c. fi. iō
monendi ſunt parentes ne fili-
os tenellos ſecum in vno lecto
collocent. ij. q. v. Conſuluiſti. in
textu ⁊ gloſa. Concordat domi
nus An. de butrio. dic. ca. fi. vbi
dicit ꝙ ſi caſum precedit culpa
grauis. puta qꝛ in medio filium
poſuerunt imponitur peniten-
tia ſeptem annorum. l. di. ſi qua
Si vero preceſſit culpa leuiſ vt
quia in eodem lecto. ſed tamen
a longe poteſt imponi peniten-
tia trium annorū. vt ibi. Si ve
ro nulla preceſſit d̄ iure nō ſunt
puniendi. ſed ad cautelam pro-
pter ambiguum poteſt imponi
aliqua penitētia arbitraria. hec
ille. Si autē aliquis procurauit
venena ſterilitatis. aut aliquid
alicui mulieri fecerit vel ad po-
tandum dederit vt nō poſſit ge
nerare aut ꝯcipere vel naſci ſo
boles peccauit mortaliter. ⁊ di
citur homicida. ex. de homic̄. ſi
aliquis. ⁊ dn̄s an. de bu. ibidem.
⁊. ij. q. v. Cōſuluiſti. glo. fi. Si de
dit mala medicamina turpis
amoris cauſa alicui non vt occi
deret ⁊ tn̄ moritur. mortale eſt
⁊ punitur ac ſi occidiſſet qꝛ de-
dit operam rei illicite. Et notat
dn̄s An. de bu. in. d. c. ſi aliquis.

Si occidit aliquē a caſu preter
intentionem dando opam rei
illicite vt in ludo noxio ſicut ad
ſaxa ⁊ hmōi. vel etiā rei licite ſꝫ
nō adhibendo debitā diligentiā
vt ꝓijciendo tegulas de tecto n̄
clamando. nō excuſat᷑ a mortali
ex. e. Johānes. ⁊. c. fi. Et ibi dn̄s
An. de bu. Idem Alex. de halis
tertia ꝑte ſue ſuꝑ hoc precepto
Si mulier grauida dedit cauſā
aborſui etiā ꝑter intentionē vt
qꝛ nimis corizauit vel alias ni-
mis laſciniendo aut grauibus
oneribꝰ ſe ſubmittendo vel īdi
ſcrete laborando nō videt᷑ excu
ſari a mortali. ex. d̄ his qui fi. oc
ci. c. de infantibus. Si ex neceſ-
ſitate euitabili vel etiā ineuita
bili ad quā deuenit ex culpa ſua
puta qꝛ adulter comꝑhenſus a
viro occidit ipm̄ virum vt eua-
deret mortem vterqꝫ peccauit
mortaliter. vterqꝫ imputat᷑ cul-
pa homicidij. ex. d̄ teſti. ſicut. Et
de homic̄. ſicut dignū. Si n̄ ſub
uenit cū potuit exiſtenti in arti
culo extreme neceſſitatis reus
eſt homicidij. lxxxvi. di. Paſce.
Si mutilauit vel membrum ali
qd̄ alicui inutile reddidit vulne
rauit vel alias ꝑcuſſit ex iniuria
non habēs ex officio mortaliter
peccauit. Idē ſi iniuſte ⁊ ſine le-
gitima cauſa aliquē carcerauit
vel ꝑ violentiā retinuit ⁊ ad re
ſtitutionē damni tenet᷑ vt infra
ꝑcepto. vij. Si verbo. ſ. mandan

ſeqr p9 duo folia

b comederet ſine legitima cauſa
ſm Rich.in.iiij.diſt.xv.ar.iij.q.
viij. Tardare aũt poſt nonã nõ
eſt peccatũ niſi fieret ex ſupſtiti
one. Si in die ieiunij peccauit
mortaliter parũ ꝓfuit ad ſalutẽ
nõ tamẽ tranſgreſſus eſt ꝓpter
hoc ſtatutũ ſiue preceptum ec-
cleſie vel legis poſitiue eo ꝙ iuſ
poſitiuum nõ attendit intentio
nem facientis ſed ipſum actum
ſm Tho.in.iiij.di.xv.ar.iiij.q.i.
Con. Rich.vbi ſupra.q.vi.ſi ie-
iunando ex debito voti vel ꝑce
pti aliquid de ſero comedit.nã
ſi comedit panẽ aut fructuſ per
modum cibi ⁊ ad nutriendum
vel etiã confectioneſ in magna
quantitate fregit ieiuniũ .ſecus
ſi modicũ quid ꝯfectionum vel
etiã fructuum ſumpſit ꝑ modũ
medicine ne vinum ſtomachuꝫ
dilauet.bibere aũt ante prandi
um vel poſt nõ frangit ieiunium
ſm cõmunem opinioneꝫ docto
rum.ſi alicubi exiſtens tempore
ieiunij ieiunauit ſm morem et
conſuetudinem ciuitatis vel lo
ci vbi erat ꝓut tenebaẽ.xij.di.c
illa.vbi beatus Amb.beato au
guſti.cum de hoc conſulenti ait
tu ad quã eccleſiã veneris eius
morem ſerua.ſi cuiqꝫ non vis eſ
ſe ſcandalum nec quenqꝫ tibi.
Ex quo textu innuitur ꝙ medi-
olanenſes ante ſuum carniſpri-
uium extra eorũ territorium ſe
reperientes tenenẽ ſe ceteris in

ieiunio conſirmare a quarta fe
ria cinerum vſqꝫ ad ſuã quadra
geſimam. Nõ obſtat ꝙ Archi.
ibidẽ ſm Hugo.ꝙ.c. Illa.eſt cõ
ſilij non precepti.niſi cũ ex omiſ
ſione talis ꝯſuetudinis ſcanda-
lum oriretur.qꝛ fateor hoc verũ
qđ dicit de ieiunio ꝑticulariter
obſeruato in vna ciuitate vel lo
co conſuetudine indicto ⁊ nõ in
alia.ſicut erat ieiuniuꝫ qđ rome
tempore beati Ambro.obſerua
batur a matronis romanis ⁊ nõ
mediolani.⁊ de tali ieiunio in
vno loco ꝑticulari cõſuetudine
indicto ⁊ nõ in alio loquitur di-
ctum.c. Illa.ꝙ eſt conſilij quãdo
poteſt ſine ſcandalo fieri. Sꝫ in
caſu noſtro loquimur de ieiunio
generaliter ab eccleſia indicto
et precepto.ſ.xl.de con.diſt.v.c.
Quadrageſime.quã qui poteſt
⁊ non ieiunat totam poſt annũ
viceſimũprimũ mortaliter pec-
cat.⁊ ſi non concluditur ꝙ me-
diolanenſes extra territoriũ ſuũ
exiſtentes mortaliter peccant ſi
ſe ceteris non cõforment.vt ſu-
pra in ieiunio quadrigeſimali.
Con.collec.c.i.de obſer.ie.in ſi-
mili caſu.q.xij.qđ de lumbardis
Similiter peccant ex conſuetu
dine patrie ꝓprie comedentes
carnes die ſabbati vel alio tem
pore ſi alibi comedant vbi non
eſt talis conſuetudo.qui vero in
patria ſua non conſueuerũt co-
medere ſimili vel alibi vbi eſt

ꝯſuetum ſe reperiant comeden
do carnes non peccant. de con.
di. v. quia dies. ⁊ notat Guil. in
cle. digni. de cele. miſſa. ⁊ in di
rec. vbi ſupra. e ti. in fi.

¶ Quartum eſt de honore
parentum.

Quartum preceptū eſt
Habeas in honore
parentes. Honor q
hic precipit filijs ex
hibere parentibus ſm Alex. de
hal. in tercia pte ſue. diſt. xxxiiij.
in princ. conſiſtit in duobus. ſ. in
reuerentia ⁊ ſubuentione. In re
uerentia tripliciter. ſ. in affectu
In effectu ⁊ in ſigno. In ſubuen
tione. ſ. corpali etiaꝫ tripliciter
honor ꝯſiſtit. ſ. in ſolatio verbo
rum. In ſeruitio operū. In exhi
bitione neceſſariorū. Ideo circa
hoc preceptum poſſunt ſic for
mari interrogationes. Primo
ſi obediuit parentibus in oībus
que pertinent ad neceſſitatem
eorū ⁊ diſpoſitionē ſeu vtilitatē
rei familiaris. nam ad hoc tene
tur ex pcepto ſm Alex. vbi ſup
alias mortaliter peccat ſi cōtu
maciter inobediēs fuit. Si obe
diuit eis in his que ptinent ad
diſciplinam bonorū morū. Naꝫ
ad hoc tenetur qđ intelligit ve
rum. Alex. vbi ſupra. de his que
ſunt ad ſalutē neceſſaria. In mi
nimis tñ etiā licitis ex negligen
tia non obedire veniale eſt. Si
dilexit eos cordialiter vt tenet

Nam alias peccauit ſi aliquan
do deliberate optauit eis mor
tem quoquo reſpectu mortali
ter peccauit. Si verba obpbri
oſa vel ꝯtumelioſa eis intulit ir
riſit maledixit vł blaſphemauit
viuos aut defunctoſ mortaliter
peccauit. Si eos ſigno vł facto
notabiliter inhonorauit vel de
ſpexit mortaliter peccauit. Si
eos ſcienter ad iraꝫ notabiliter
puocauit mortaliter peccauit.
Secus ſi non ex pposito quia
tunc veniale videtur ſi eos non
ſubportauit vel nō ſubuenit cū
poſſet. pcipue in magnis neceſ
ſitatibus vel infirmitatibuſ cor
poralibus mortaliter peccauit.
ſi eos voluntarie verberauit etiā
leuiter mortaliter peccauit. ſi cō
tendit vel dure locutus eſt ⁊ ir
reuerenter non tñ ex contēptu
veniale videt. ſi eos prohibuit
teſtari in vita vel in morte aut
impediuit ne diſponerēt p aīa
ſua ſeu a reſtitutione retraxit. ⁊
ſi forte hac de cauſa prohibuit
ſacerdotes ſeu religioſos ad eoſ
accedere. mortaliter peccauit ⁊
poteſt ab eorum hereditate re
pelli. C. ſi quis aliquem teſta. p
hi. l. ij. Si non impleuit legata
parentum ⁊ predeceſſorum ſuo
rum ad pias cauſas. quia ſi mul
tum diſtulit vltra tempus per
eos ſtatutum cum poſſet imple
re licet cum incōmoditate gra
uiſſimum peccatum mortale cō

verte duo
folia. c.

ſeruus a domino. Nam furtum
eſt ſi fuerit q̄d notabile vel etiā
licet fuerit quid minimū habu-
it tamen voluntatē maiora ſub
trahendi. xiiij. q. vi. c. ſi. Et cōſe-
quenter vtroqꝫ caſu eſt morta-
le ſm̄ Tho. ij. ij. q. lxvi. Et vltra
hoc tenet̄ ad reſtitutionē domi
nis rerum vel heredibus eorū.
Alias ſi ipſi non ſupſūt detur
pauperibus. de vſuris. Cum tu.
Si rem ſibi mutuatā retinuit
vel alias rem alienam ꝑuentā
ad manus ſuas nō reſtituit fur-
tum cōmiſit niſi ille tantundē
de ſuo certitudinaliter haberet
q̄d non vult reſtituere ⁊ ex hoc
non ſequitur aliq̄d malum vel
ſcandalum. Scotus. in. iiij. di. xv.
clarius. Si vſus eſt re depoſita
vel cōmodata ad aliū vſū quā
fuerit depoſita vel cōmodata ſi
ne licētia deponentis vel com
modantis furtū cōmiſit. ⁊ tene
tur d̄ omi vtilitate quā inde ha
buit niſi ꝓbabiliter p̄ſumat do
minū rei eſſe ꝯtentum. ff. d̄ con.
fur. l. Qui furtū. ⁊ ff. cōmo. l. ſi
vt certo. hoſti. ⁊ gof. Si vſus eſt
pignore ad ſui vtilitatē contra
voluntatem dn̄i furtum cōmi-
ſit ⁊ eſt mortale. ff. de fur. l. ſi pi-
gnore. Idem Tho. ij. ij. q. lxxviij.
Si aliquid inuenit q̄d nō credit
haberi ꝓ derelicto ⁊ animo reti
nendi tulit furtū cōmiſit ſecun
dum Alex. vbi ſupra. Sec9 ſi in-
uenit theſaurū qui dicit̄ pecu-
nia ab ignotis dominis vetuſti
oribus tempore abſcondita. cō.
glo. xiiij. q. v. Si quid. Et in pri-
mo caſu ſi non reperit cuius ſit
facta diligenti inquiſitione te-
netur dare pauperibus.

De rapina

Si rapuit rem alienam vio-
lenter peccauit mortaliter ⁊ ad
reſtitutionem tenetur. et vltra
hoc ſi comode poteſt d̄ iniuria
illata veniam petere debet. Si
pirrata fuit depredans ꝑ mare
quoſcunqꝫ indifferenter morta
liter peccauit ⁊ ad reſtitutionē
tenetur ⁊ eſt excōmunicatus ex
cōmunicatione papali. Idem d̄
eo qui depredatus eſt romipe-
tas vel neceſſaria ad vſū curie
portantes vt habet̄ in excōmu-
nicationibus ꝓceſſus curie. Si
in bello iniuſto aliquid rapuit
vel etiam iuſto ſed contra edi-
ctum domini vel etiā de bonis
ſubditorum iniuſte bellantium
qui in tali bello non preſtiterūt
dominis conſilium auxiliū vel
fauorem. tales enim nō ſunt ex
poliandi nec religioſi clerici vel
conuerſi peregrini mercatores
ruſtici euntes et redeuntes. Et
in agricultura exiſtentes. Nec
animalia quibus arant ⁊ cum
hoc ſemina portant. ⁊ cōtrafaci
ens mortaliter peccat ⁊ ad rſti
tutionem tenetur. ex. de treu. et
pa. Innouamus. xxiiij. q. ſi quis

romipetaſ. Si aliquid rapuit in
bello dubio non exiſtens ſubdi⸗
tus mouentis bellū vt ſunt ami
ci cognati ſtipendarij ꝛ hmōi.
non excuſat a mortali ꝛ ad reſti
tutionem tenet .xiiij.q.v.deniqȝ
ꝛ ibi etiā Arch. ſubditus vero i
dubio excuſat ꝓpter bonū obe
dientie.xi.q.iij.quid ergo.xxiij.q
i. Quid culpatur.hoc verū ſm
Rai. ſi fecit qḋ potuit vt certifi
caretur . Si aliquid abſtulit ex
naufragio ſiue de ipſa naui vel
litore animo retinendi furtum
cōmiſit.ff.de acqui.re.do.l. qua
ratione. C.de fur.l.in eum. ꝛ te
netur ad reſtitutionē.ff.de nau
fra.l.ſi quis ex naufragio . Nec
vlla conſuetudine ſtatuto vel ꝓ
cepto excuſatur ab ea ꝛ eſt ipſo
iure excōmunicatus.ex̄ de rap.
Excōmunicationi. vt in glo.ſi.
Si mala intentione ꝓpria au⸗
toritate cōbuſſit villam locū vl'
ſegetem alienaȝ mortaliter pec
cauit ꝛ ad reſtitutionē tenetur.
extra de iniu. ꝛ dam.da.ſi egreſ
ſus.ſi vero quis caſu vel negligē
tia hoc fecerit licet in foro ciui⸗
li teneatur.ff.ad.l.acqui.l.acqui
lia. In foro tñ penitentie nō te⸗
netur niſi ex dolo vel lata culpa
hoc fecerit.notat Inno.c.ſicut
dignum de homic. Idem hoſti.
ꝛ dñs An.de bu.ibidem . Si ali
quid recipit a clericis de bonis
eccl'ie ſine cauſa rationabili vt
ꝓ aliqua turpitudine vel ꝓ frau

des minas vel importunitateȝ
nimiam grauiter peccauit et re
ſtituere tenetur ſm doc.idem ō
cōſanguineis clericorum qui re
cipiunt ab eis de hmōi bonis ñ
quia indigent ſed vt ditentur.xij.
q.ij. Ne onemus.

## De vſura.

Si mutuauit pecuniam nu
meratam vel aliquid eoruȝ que
vſu conſumuntur vt frumentuȝ
vinum oleum ꝛ huiuſmodi cuȝ
intentione aliquid recipiendi vl
tra ſortem mortaliter peccauit
ꝛ vſuram cōmiſit ex̄.de vſuris.
Cōſuluit. vbi dicūt doct.cōiter
ꝙ etiā ad reſtitutionē tenet .ꝓ⸗
cipue ſi verbo vel ſigno expreſſe
vl' tacite innuit debitori vt ſibi
ex hoc aliquid daret. Si mutu⸗
auit ſuper pign⁹ rei mobilis vt
veſtis equi ꝛ hmōi .hoc pacto
vt poſſit vti tali pignore vſqȝ
quo pecunia reddat vſura eſt ꝛ
mortale ſm Tho. ꝛ ex̄.e.c.i. Si
mutuauit ſup pignus rei immo
bilis vt domus agri ꝛ huiuſmo
di vt interim accipiat vſuȝ fru⸗
ctum pignoris donec alius pe⸗
cuniam tenuerit mortale eſt et
vſura ꝛ ad reſtitutionem tene⸗
tur.extra de pigno.illo vos . Ex
cipitur caſus.cap̄.ſalubriter.de
vſuris de quo infra . Si pignus
rei mobilis perdidit ſeu deterio
rauit tenetur debitori de dolo
lata culpa ꝛ leui. C.de pig.acti.
.l.ij.iiij. ꝛ.v.quia hic contractus

do ꝯſulendo ratificando vel in-
citando cooꝑtus eſt ad mortez
alicuius mutilationē vel aliam
corporalē leſionē. Uel dixit ſen
fecit aliquid ꝓpter qḋ ſequere
tur aliqḋ ꝑdictorū ⁊ mala intē-
tione mortaliter peccauit. Ro.
i. digni ſunt morte ⁊c̄. diſt. l. Si
quis viduaz. ⁊ ibi archi. de offi.
delega. c. i. vbi glo. plene de hoc
Et vltra peccatū in omīb9 ꝑdi-
ctis tenet̄ quilibet agens man-
dens conſulenq̄ cooperans ⁊ in
ducens ad oīe damnū ⁊ inter
eſſe. ext. xxi. ⁊ ex̄ ḋ iniur̄. ⁊ dam.
da. c. i. ⁊ c. nullus. de regu. iur̄. li.
vi. Si ſcienter venenoſa ⁊ hmōi
vendidit ad occidendū mortale
eſt. Si occidit vel mutulauit ali
quem in loco ſacro ſacrilegiuz
cōmiſit ⁊ eccleſiā violauit. xvij.
q. iiij. ſicut. Si ꝑ violentiā etiaz
officialis malefactorē vel debi-
torem eduxit de loco ſacro vel
capere fecerit mortaliter pecca
uit ⁊ talis punit̄ ſicut ꝓ crimīe
leſe maieſtatis. vt in cle. i. de pe
nitē. ⁊ re. duobus caſibus exce-
ptis. Si fecit vel fieri fecit tor-
neamenta. currere ad brauiū et
hmōi vbi ſit periculū vite ſpiri-
tualis vel corꝑalis mortaliter
peccauit. ſimiliter oīs q̄ hmōi
ſpectaculis delectantur.

¶ Preceptum ſextum eſt ḋ ꝓ
hibitione mechie.

Sextum preceptuz eſt
Non mechaberis. hoc
precepto vt dicunt doct. noſtri
ꝓhibetur omnis concubit9 qui
eſt preter legem matrimonij. et
quia hoc ſemꝑ eſt mortale i om
nibus ſpeciebus ſuis. xxxvi. q. i.
Ideo tanq̄z neceſſario ꝯfitēdis
debet confeſſor de ipſis oībus
interrogare non tamen omnes
de omnibus ne quis diſcat pec
catum qḋ neſcit ſed a longe pro
ut ꝯuenit cuilibet cōfitenti pru
denter ſemꝑ ⁊ honeſte. Et cum
vltimā peccati ſpeciem habue-
rit vlterius nō ꝓcedat ad alias
ꝑticulares circūſtantias nō ne-
ceſſarias ꝓpter periculuz euitā
dum. quia eccli. xiij. dicit̄. Qui
tetigerit picem coinquinabitur
ab ea. Primo igitur interroget
ſi ſolutus cognouit ſolutā tunc
dicitur fornicatio ⁊ debet inter
rogare ſi tali ſoluta ē meretrix
vel ſerua ſua vel alterius vel vi-
dua. ⁊ ſi induxit eam ⁊ q̄uo et ſi
tenuit eā ꝓ ꝯcubina. ⁊ ſi ſecrete
aut publice. q2 tunc ibi eſt ſcan-
dalum proximorum neceſſario
ꝯfitendum. Si deflorauit virgi
nem ꝑter matrimoniū dicit̄ ſtu
prum. ⁊ ſi adhuc induxit eaz for
te ꝓmittendo ipſam in vxorem
accipere neceſſe habet eductor
in foro iudiciali de adulte. c. i. ip
ſam accipere in vxorē aut eam
dotare iuxta facultatem ipſius
⁊ cōditionem puelle. ſi vero de-
florauit eam voluntariam ſine
aliquo tractatu de contrahēdo

matrimonium cum ea nō tene-
tur ad hoc in foro iudiciali ſm
ho. ſeꝰ ab. ſy. dicit ibidez ꝙ eti
am hoc caſu tenetur vt ſupra.
Si cognouit vxorem alterius.
vel exiſtens ipſe vxoratus cogno
uit ſolutam. hoc enim dicitur
adulterium. Et eſt duplex adul
terium ſi vterqꝫ eſt coniugatus
Si intulit violentiam alicui. pu
ta quia violenter abduxit puel
lam a domo parentuz. hoc eñi
dicitur raptus ſiue rapuerit eā
contra voluntatē ſuam. ſiue eti
am contra voluntatem paren-
tum. ⁊ cōmittitur non ſoluz de
virgine ſed etiaz de vidua ⁊ ſan
ctimoniali. xxxvi. q. ij. Raptores
non tamen dicitur raptor ſecū
dum canones qui ꝓpriam ſpon
ſam repuerit. vide piſa. c. raptor
ij. Si cognouit conſanguineam
ſuam. vel conſanguineam vxoris
ſue vſqꝫ ad quartum gradū cō-
ſanguinitatis vel affinitatis in-
cluſiue dicitur inceſtus. Idē di-
co de muliere que permittit ſe
cognoſci a conſanguineo vel af
fine viri ſui. Si cum moniali rē
habuit agere. vel cum ea que ꝓ
feſſa eſt caſtitatem. hoc dicit̄ ſa
crilegium. Idem dico ſi mulier
cum clerico vl̄ religioſo ⁊ hmōi
ſe commiſcuit carnaliter. Si co
gnouit cōmatrem vel eam quā
tenuit ad baptiſmū dicitur in-
ceſtus vel ſacrilegium. Idem ſi
econuerſo. Si peccauit contra
naturā voluntarie polutionem
ꝓcurando ꝑ ſemetipm̄ vocatur
peccatū immundicie vel molici
ei ſiue hoc ꝓcurauit ꝓprijs ma-
nibus vel alijs modis. de modo
eñi non eſt curandū. Si maſcu-
lus cum maſculo turpitudinem
operatus eſt. vel femina cū femi-
na. vel vir cū muliere extra vas
debitum dicitur zodomia vl̄ zo
domiticum viciū. de quo Apo.
Ro. i. Si cum brutis operatus
eſt nephas ⁊ cum quibus dicit̄
beſtialitas.

Preceptum ſeptimum eſt
de furto.

Septimum ꝑceptuz
eſt. Nō furtum faci
es. Quo ꝑcepto ꝓ-
hibetur om̄is cōtre
ctatio rei aliene et retentio in-
iuſta ſm Nic. de li. exo. xx. vl̄ dic
ſm Alex. de hal. in tercia parte
ſu. di. xxxvij. ſuꝑ hoc precepto ꝙ
furtū dicit̄ dupliciter ꝓprie et
interꝑtatiue ⁊ vtrūqꝫ hoc ꝑce-
pto ꝓhibetur. Furtum proprie
dicit̄ ꝯtrectatio rei aliene igno
rante domino cōtra ſuam volū
tatem. ⁊ ſic ſub ꝓhibitione fur-
ti ꝓhibet̄ etiaz rapina ⁊ vſura.
Furtū interꝑtatiue dicit̄ om̄is
illicita rerū poſſeſſio. Et hoc ml̄
tipliciter cōmittit̄ vt infra Pri
mo igit̄ interroget ſi abſtulit rē
alienā ignorāte. vl̄ inuito dño
nō ſolū ab extraneo. ſed etiam ſi
filius a parentibus. vxor a viro.

verte duo folia ·e·

f

celebratur gratia vtriuſq3. Con
cor.ſpe.e.ti.§.ſ3 querit'. Si mu-
tuauit pecuniã principaliter cũ
ſpe ꝯſequendi aliqđ mun⁹ a lin-
gua vel obſequio ꝙ pecunia ex
timari poſſit puta opa.bonũ iu
menti vel pſone vel vt ꝓcuret
ſeu aduocet ꝑ eo vſura eſt ⁊ ad
reſtitutionẽ tenet' ſm Tho.ij.ij
q.lxxviij.xiiij.q.iij.c.putant.et.c.
pleriq3. Si depoſuit pecuniam
penes mercatorẽ vel artificem
ſine aliquo pacto intendens tñ
ꝑcipere aliquid vtilitatis ad di
ſcretionem eius ⁊ ꝙ in omni ca
ſu ſaluum habeat capitale ſuu3
vſura eſt. ⁊ reſtituere tenet'. ſec⁹
ſi intendit vel etiã paciſcit' par
ticipare tam de damno q̃3 d̃ lu
cro. Rich.in.iiij.di.xv.ar.v.q.v.
Aliter tamen dicunt Joh.an.et
ab.ſy.de dona.inter vi.⁊ vxorẽ.
c. Per veſtras. Si in emptione
fructuum terre vel aliarũ reru3
ꝓpter premeturam ſolutionem
emittimus iuſto ꝑcio vſura eſt.
Secus ſi preciũ minuit.q2 tem-
pore quo res empta tradetur
veriſimiliter credit' ꝙ amplius
non valebit ⁊ forte minus ex̃.e.
Nauiganti. Si vendidit ad ter
minum pannos merces aroma
ta ⁊ hmõi maiori precio q̃3 vale
ant ratione dilationis vſura eſt
Si vero non vendidit pl⁹ iuſto
precio licet aliquid pl⁹ lucri ve-
lit ab eo qui vult emere ad cre-
dentiam q̃3 ab eo qui ſtatim nu

merat pecuniam non eſt illicitũ
Si mutuauit alicui pecuniã ex
pacto ⁊ intẽtione ꝓncipali vt
ſibi in poſterũ remutuet. vſura ẽ
xiiij.q.iij.c.i.⁊ in cle. Ex graui.e.
ti.ſi tutor exiſtẽs vel curator pu
pillorũ ſeu ꝓcurator aut factor
cuiuſcunq3 pecuniã eoru3 dedit
ad vſurã ad vtilitatẽ illorum vl
tra peccatũ mortale cõmiſſum
ſi illi nõ poſſint vel nolint reſti-
tuere ipi tutor. ꝓcurator vel cu-
rator ⁊ hmõi ad reſtitutionẽ te
nentur ſm Tho.⁊ Inno.in.ca.
Michael.ex̃.e.lic3 aliqui dicãt
ꝙ nõ tenent' niſi quando prin-
cipalis in cui⁹ vtilitatẽ cõuerſa
eſt pecunia nõ fuerit ſoluendo.
Hec indubitanter vera ſunt de
tutore curatore ⁊ ꝓcuratore ꝑ
eo ꝙ p̃ſtant autoritatẽ talibus.
Idem ſi ipi vl' mater pupilli ex
gunt vſuras ex ꝯtractibus vſu-
rarijs factis a patre ipſi⁹ pupil-
li. Secus de eo qui non prebet
niſi nudũ miniſteriu3 vt ſunt fa
muli qui de mandato dñorum
dant pecuniã ad vſurã ⁊ a debi
toribus poſtmodum recipiunt
eam cum lucro. Tales eñ non
tenẽtur reſtituere ſm. xx. ſi nil
ad eos peruenit. preſertim ſi illi
domini alias per ſeipſos vel per
alios ⁊ ſi non p iſtos vſuras ex-
ercerent. Idem pe.de palu'. Si
vero ſint factores ſtãtes ad dñ-
dum mutuum ita ꝙ apud eos
rſidet quaſi principal' autoritas

ſuorum dominorū vel magiſtro
rum. Tunc ſi principales q̄ ha-
buerunt lucrum vſurarium nil
reſtituunt obligantur ipſi facto
res ex eo ꝙ preſtant cauſam ef
ficacem argumentū in.c.eps. d
preben li.vi. Si mutuauit alicui
cōmunitati vel domino cū pa
cto ꝙ durante debito nō tene-
atur ſoluere collectas ſibi ⁊ ce-
teris legitime imponendaſ vſu
ra eſt. vt videtur tenere Iohan.
an.in.c. Conſuluit. de vſuriſ. Et
pe. de ancha.e.ti.c.i. ⁊ Collec.e.
ti.poſt miſerabilem. Con. Ioh.
de legna. ⁊ Iohā. cal. Si mutua
uit pecuniam alicui ea intentio
ne vel pacto vt molat ad molē-
dinum ſuum vel coquat ad fur
num ſuum vel vadat ad apote-
cam ſuam ad emendū vel ſi eſt
doctor vt intret ſcolas ſuas. et
huiuſmodi. alias non mutuatu
rus vſuras committit. Et ſi pro
pter hoc eos damnificauit ī ali
quo tenetur eis ad reſtitutionē
Si vero eos non damnificauit
nec grauauit in aliquo quia nec
carius vendidit nec plus ab eis
q̄ȝ ab alijſ accepit. tunc quicq̄d
cōmodi vel vtilitatis pro ↄcur-
ſu molendini furni apothece et
huiuſmodi augmentato conſe-
cutus eſt tenetur paupibuſ ero
gare ſm Io. an. in re. Peccatū.
de reg. iur. li. vi. in mercu. ⁊ Ioh.
cal. in.c. nauiganti. ex. de vſuris.
Si poſuit denarios in impreſti
tis venetiarum monte florēcie
vel locis Ianue. quia ſi ſponte
poſuit et accipit aliquid vltra
ſortem vſura eſt ſm multos do
ctores famoſos ⁊ excellentes. li
cet aliqui dicunt huiuſmodi eſ-
ſe contractus emptionis reddi
tuum ſed prima opinio tutiorē
⁊ verior videtur a pluribus do
ctoribus tenetur ⁊ rationes eo
rum quas allegant difficiliores
ſunt ad ſoluendum. ⁊ opinio di
centium ꝙ ſunt contractus em
ptioniſ admitti poteſt pro vera
ſecundum formam contractus
extrinſecam. ſed non ſecundum
veritatem ⁊ naturam ↄtractus
Idem de eo qui emit predicta
impreſtita proponēs aliquid ac
cipere vltra ſortem quia vſura-
rius eſt ⁊ lucrum inde habitum
reſtituere obligatur ſecundum
primam opinionem. quia tamē
hoc eſt varia doc. opinio nō eſt
precipitanda ſententia. ſed con
ſulendum cuilibet vt ab huiuſ-
modi abſtineant habita reſtitu
ant vel pauperibus dent. Si re
cipit aliquid in pignuſ puta do
mum pro centum mutuatis vſ-
q̄ ad annum hoc pacto quod ſi
non ſoluit in termino ſtatuto ca
dat in cōmiſſum ⁊ pignus in vē
ditionem. Quia ſi recipit mu-
tuans in primo anno vſufructū
domuſ non computando in ſor
tem illicitum eſt ⁊ vſura. extra. e
c.i. ⁊ reſtituere tenetur illam pē

ſionem ſcilicet vſufructum: nec elapſo termino domum ſibi retinere poteſt quia contract⁹ nō tenet cum vſurarius fuerit. Se cus aliquibus videtur ſi creditor non reciperet vſufructū domus cum tunc ſuperfluitas valoris cadat in debitoris penam ſuppoſita vtriuſqꝫ bona fide qn̄ contractus mutui celebrat⁹ fuit. ar. ð arbi. dilecti. niſi creditor ea intentione mutuauerit quia credebat debitorem in penam incurrere. ſic foret in fraudē vſurarium. Hunc caſum ponit a ſnctus Bernardinus in contractibus ſuis. ſermone. xlij. ar. ij. c. iij. Tu dic huiuſmodi pactum in vtroqꝫ caſu reprobari vt in. §. ſequenti. Si emit pignora a publicis vſurarijs ex lapſu temporis perdita quia non licuit cum non ſit tranſlatum dominium in vſurarium. Immo hoc pactū ſcilicet ꝙ niſi ſoluatur debitū infra certum tempus pignus ꝑdatur reprobatur in pignore. C de pac. pigno. l. fi. In contrarium videtur quia ex hoc non fit iniuria domio pignoris qui ſe voluntarie hoc pacto cum vſurario abſtrinxit. Nec per hoc vſurarius efficitur nō ſoluendo q꞉ precium recipit pro pignore. Et cōmunitates ⁊ domini permittunt fieri huiuſmodi pacta. immo volunt ea firma haberi. his non obſtantibus tene quod dixi ſupra q꞉ tutius eſt ⁊ verius videtur. Si gener ſuſtinens onera matrimonij accepit in pign⁹ a ſocero ſuo pro dote filie licitū eſt extra de vſuris. ſalubriter. nec tenetur fructus pignoris cōputare in ſortem. Sed ad hoc vt liceat non computare in ſortem abſqꝫ vſura oportet ꝙ illa onera matrimonij ſint certa et ſic fructus non poterunt excedere quantitatem onerum. Et ꝙ dos ſit promiſſa ſimpliciter. Nam ſi gener paciſceretur de recipienda dote ad certum terminum ⁊ interim perciperet fructus dicti fructus computarentur i ſortem quia intereſſe non poteſt deberi ante moram. ⁊ mora nō poteſt adeſſe durante termino ſecundum dominum. An. ð hu. ibidem. vbi etiam dicit ꝙ oportet ꝙ dicti fructus ſubijciantur fortune. Unde ſi gener non recipiat pignus ſed cautionem de ſoluenda dote certa die ⁊ interim ex pacto. r̄cipit a ſocero certos denarios puta ad rōem. v. ꝑ centenario eſt vſura. Nō obſtat c. ſalubriter. q꞉ loquit̄ de fructu pignoris ſub miſſo diuino iudicio. Idē Jo. an. ⁊ zaba. licet paulus de leaza. ꝯtrariū ſentiat. tn̄ opinio prima tutior ⁊ verior eſt ⁊ pro veriori defendi poteſt ſecundum Johan. de legna. Ideo tenenda. Idem dicit dominus Andre. ibidem de re pignorata

cuius fructus ſunt certi q2 forte illa res eſt locata ad fictum vel penſionem vel talis res eſt domus quã gener locat ꝛ recipit penſionẽ q2 oĩes iſtos fructus gener teneť computare in ſortẽ Preſuppoſito tñ ꝑ vero eo ꝙ dicunt Joh.an.ꝛ dñs An.ď bu. de cautione ꝓcepta loco pignoris mulier poteſt ꝛ debet alimẽtari ꝑ patrẽ quouſq3 dos ſoluatur ꝛ equiſſimũ eſt maritum ſuſtinẽtem onera matrimonij debere alimẽta recipe a ſocero nõ vt fructũ pecunie dotis ſoluende.ſed vt vxorẽ nutriat frumento vino veſtimentis calciamentis ꝛ alijs neceſſarijs ad arbitrium boni viri ab vtraq3 pte electi ꝛ ſic aboleť hoc caſu omnis vſura.q̃uis cũ hoc etiã cautionem voluerit. Nã dicta alimẽta cedunt ei tanq̃3 intereſſe et ſic poteſt ſaluari opinio Pauli. Si mulier vidua prediũ vł aliď pignus recipit ab heredib9 mariti ꝑ dote reſtituenda q2 non habent vnde ſoluant teneť fructus computare in ſortez alias vſuras cõmittit ſm hoſt. ĩ ſum. e.ti. Inno.ꝛ Joh.an.in.c.ſalubriter Ceſſat enim ratio in ea que excuſabat virũ cum ſocero. Sit ergo cauta mulier vt non recipiat predium vel rem aliam in obligationem ſed vel faciat eaz diſtrahi vel recipiat inſolutum. Alioquin fructus cõputabũtur

in ſortem etiã ſi ſtatutum ſit ꝙ ſoluto matrimonio q̃3 diu heres mariti diſtulerit poſt annuz tradere dotem vxori relicte teneatur ei dare alimenta q2 tale ſtatutum ſm Johannẽ ď legna. ꝛ Jo.de imo.ſup cle. Ex graui. de vſuris poſt Mattheũ.cõcludunt ſtatutum non valere.eo ꝙ ſoluto matrimonio ceſſat cauſa ſuſtinẽdi onera matrimonij. Ad hoc facit ꝙ notat Rai.in ſum. e.ti.ꝛ Inno.in.c.ſalubriter. Immo plus dicunt in dic.cle. Ex graui.ſ.ꝙ taliter ſtatuẽtes incidũt in penaz illius cle.quia.ſ.ſunt excõmunicati. Frã.zamb.dicit ꝙ tale ſtatutum vel cõſuetudo poteſt tolerari vt debeanť alimenta tanq̃3 intereſſe poſt morã heredis in ſoluendo.alias ñ. Preſuppoſito igiť ꝙ violenter detineatur dos eius ab heredibus mariti nec poteſt ſe iuuare per viam iuſticie ꝓpter illorum potentiam vel ipſius inopiaz. Uel forte etiam q2 heredes illi9 non ſine magno ſui detrimento reſtituere poſſent dotem que eſt ĩ pecunia nec poſſeſſionẽ habent quã ei dent inſolutũ. Et ꝓpter hoc mulier pietate ducta ne nimis eos grauet dimittit penes eos ad tempus non crederem illicitum fore ſi interim non habens vnde aliunde honeſte viuat recipiat ab eis alimenta nõ ratione mutui ſed rõe intereſſe

Secus aūt quādo hoc fieret ob
vtilitatē heredū.ſ.vt illi magis
poſſent cum illa pecunia lucrari
vel ob vtilitatē ipſius mulieris.
vt cum poteſt dotem rehabere
non curat vt ex integro ſuo ca-
pitali lucrum habeat vel conſe
quatur alimenta taxata a ſtatu
to ſalua dote. Si proſoneta ſeu
mediator vſure extitit quoquo
modo.qꝛ ſi hoc fecit id eſt mu-
tuum ad vſurā queſiuit pro ali-
quo abſqꝫ neceſſitate ſeu ratio
nabili cauſa.vel etiā ſi neceſſita
te cogente mutuum ad vſuram
tribuere ꝑmittentē induxit mor
taliter peccauit.ar.ꝺ homi. Si-
cut dignum. Et ſi hoc principa
liter fecit pro lucro vſurarij vl-
tra mortale in ſolidū reſtituere
tenetur ſi ita coopat᷑ eſt ꝙ abſ
qꝫ eo illa vſuraria preſtando mi
nime facta eſſet.ſecus autem ſi
ꝓcurauit fieri pro indigente et
ab illis qui parati ſunt dare ſꝫm
Giral.ob. Si dono vł alio quo-
cūqꝫ modo lucratiuo habuit ali
quid ab vſurario .quia ſi tem-
pore quo illud habuit vſurariuſ
erat non ſoluendo ad reſtitutio
nem tenet᷑.ſecus ſi tunc erat ſol
uendo. Licet poſtea impotens
ſit effectus ad ſoluendū niſi for-
te talis res habita per vſuram
adhuc extaret eadē ſpecie .tūc
enim quandocunqꝫ vſurariuſ ef
fectus fuerit non ſoluendo de-
bet reſtitui ſecundū opi.tenenti

um ꝙ in vſura non transfertur
dominium. Si vxor ſcienter co
medit bibit vel induit aliquid ꝺ
vſuriſ viri ſui.qua ſi vir non eſt
ſoluendo habet tamen aliqua
qui non ſunt empta vel habita
de vſuris et dos vxoris fuit ibi
prius q̄z predicte vſure tunc po
teſt ⁊ debet mulieri dos ſolui.
dato etiā ꝙ vir eius non habe-
at ſufficientiā ad ſoluendas vſu
ras. Si vero vxor habeat dotē
de vſuris vel vir nichil habet ni
ſi empta vel habita de vſuris ⁊
dicte vſure primum ibi fuerint
q̄z ipſius dos tunc vxor obliga-
tur reſtituere quicquid ꝓ victu
ſuo ſe quocunqꝫ alio modo ac-
ceperit inde.ſꝫm Giral.ob. Et
hoc verum niſi in caſu duꝫ cau
ſam expoliatorum agit vtiliter
⁊ quouſqꝫ veriſimiliter credit ꝓ
ficere Si autem non remaneat
ſpes de correctione viri vſura-
rij vxor victum ſibi procuret ali
unde vel ab amicis vel ab alijs
ſubuentionem vel elemoſinam
poſtulando aut manibuſ propri
is laborando ſeu res domus cō
ſeruando ⁊ licite augmentando
aut denunciet his qui procede
re poſſunt vt epiſcopo qui virū
compellat eam paſcere de iuſto
Vel ſi vir eius habeat plura in
certa vltra ea que ſufficiunt ad
ſatiſfaciendū certis prouideat
epiſcopis ipſi mulieri. Si filius
vel filia vel quis alius ꝺ familia

vſurarij viuit de vſuris vel alijs
reſtitutioni obligatus. q2 ſecun
dum Giral. ob. Si vſurarius eſt
ſoluendo z habet alia vltra ea
ad que ſatiſfacere tenet̃ ⁊ ſunt
ſepata de illis poteſt expendere
ſeu viuere. Si vero ibi ſunt aliq̃
iuſte acquiſita ſed ita mixta cū
impie acquiſitis q̄ diſcerni non
poſſunt adhuc d̄ illis viuere p̄t
dum tamen in mēte habeat vi
uere de iuſto. Cōcordat Rodo.
Si aūt vſurarius non eſt ſoluē-
do quicquid conſumit filius vl'
familia in victu ⁊ veſtitu reſti-
tuere obligantur quia reddunt
eum impotentem ad ſatiſfaciē
dum. Idem etiā dico de fami-
lia raptoris. Excuſari tamē poſ
ſunt tales ¶ Primo propter ꝓ
curationem id eſt cū cauſaz ex-
poliatorum agunt vt ſupra di-
ctum eſt de vxore. ¶ Secundo
ꝓpter recompenſationez quia
ſcilicet filius vel filia ſeu famul⁹
tantum l[illegible]ratur in aliquo exer
citio vel laborat in domo vtili-
ter q̄ poteſt merito recompen
ſari cum expenſis ſicut etiaz cō
tingit in emptionibus vſurari-
orum ⁊ mercantijs eorū. ¶ Ter
cio ꝓpter reſtaurationē ſcilicet
ſi ꝓponit ſe reſtauratum ⁊ ad
hoc facultatem habere proba-
biliter credat nec aliūde como
dum viuere poteſt. ¶ Quarto
ꝓpter ignorantiā q2 ſcilicet neſ
ſcit rem eſſe talem videlicz vſu
rariam ⁊ hmōi. nec cauſam ha-
bet hoc ſciendi ſi tamen poſtea
cognouerit videtur teneri niſi
filius eſſet ita paruulus q̄ alias
nutriri non poterat. ar. de con.
di. v. diſcipulos. ⁊ de regulis iu-
ris qd̄ nō eſt. ¶ Quinto ꝓpter
neceſſitatem vt cū filij atq3 et fi
lie in tali etate ſunt q̄ aliter co-
mode viuere non poſſunt. Hoc
ſanctus Bernardinus in reſti-
tutionibus ſuis ſermone triceſi
moquinto. ar. iij. Ca. i. Si gener
habuit dotem vxoris a ſocero
vſurario qui non ſufficit ad ſol-
uendas vſuras. Nam ſm. xx. ſi
ſciebat hoc gener. vel etiam ſi
ignorabat ignorantia craſſa nō
debet dotem ab eo recipere. et
ſi recipit reſtituere tenet̃. Sec⁹
ſi ignorātia ñ craſſa ſ3 ꝓbabili
q2. ſ. ꝓbabiliter credebat ſocerū
nō eſſe vſurariū aut preter dotē
vxoris habere ſufficiētia ad ſol-
uendas vſuras. q2 tunc reddere
non tenetur. licet poſtmodū ſci
uerit veritatem ſm eum. Tuti
us eſt q̄ poſtea ſciens veritatez
non recipiat dotem. aut ſi reci-
pit reſtituat illis quibus ſocer
tenebatur precipue ſi certi ſunt
illi quia nullatenus potuit ſm
deum de alieno dotari. Cōcor.
Giral. ob. Filia vero vſurarij q̄
habuit dotem a patre eo tem-
pore quo non erat ſoluendo. li-
cet ipſa hoc ignoraret omnino
tenetur reſtituere nec poteſt le

gitimam retinere. Et ſi marit⁹ non patitur illam reſtitui culpa erit viri non vxoris. ſi tamen illa proponat premoriente marito dotem reſtituere. ſi econuerſo vir vult dotem reſtitui ⁊ ipſa non patitur peccatum erit vxoris ita tamen ꝙ ipſe non precipiat de bonis ipſius dotis ⁊ ꝓponat reſtituere cum poterit. ſi autē vterq; in nō ſatiſfaciendo concordant ambo in ſtatu damnationis viuunt de reg. iu. Peccatum. li. vi. Si vero pater tempore quo dotauit filiam remanebat potens ad ſoluendas vſuras. ⁊ gener ⁊ filia potuerūt ſecure dotem accipere non tenētur reſtituere. Etiā ſi poſtea impotens fieret. Si coopatus eſt ſeu quoquomodo cauſaʒ efficacem vſure ꝓſtitit ita ꝙ ſine eo nō fieret. naʒ licet aliqui vt. X X. dicant talem non teneri ad reſtitutionem niſi quantū de vſura ꝑuenit ad eum. q2 qd̄ accipit̄ ex vſura non eſt omino inuoluntarium. Aliȷ̄ tn̄ q̄ʒ plures dicūt ꝙ tenet̄ inſolidū. etiā ſi nil ꝑuenerit ad eum. Et hec opinio tutior eſt ideo conſulenda. Si cooperatus eſt ſeu cauſam efficacē ꝓſtitit rapine furto aut violente vſurpationi vel damnificatōni Nam ſm oñes doctores talis inſolidū ad reſtitutionē tenetur vt ꝯtinetur etiā verſibus immediate ſequentibus. Juſſio ꝯſiliū

ꝯſenſus palpo recurſus. Participans mutus non obſtans non manifeſtans.

Juſſio.

Si iuſſit alicui ſuo ſubdito vt fieret rapina furtū ⁊ hmōi. ⁊ ex hoc ei⁹ ꝑcepto ſecut⁹ eſt effect⁹ damni qd̄ alias nō fuiſſet factū tenet̄ inſolidū reſtituere. etiā ſi nil ad eū ꝑuenit. Idē ſi noīe ſuo hmōi damnum datū eſt ⁊ ipſe poſtmodū ratū habuit.

Conſilium.

Si ꝯſuluit alicui ꝑdicta fieri. ita ꝙ ex ſuo ꝯſilio eſt vel ꝓbabiliter credit̄ damnū datū qd̄ alias nō fuiſſet datū tenet̄ inſolidum. etiā ſi nil ꝑuenit ad eum. ſi aūt alias fuiſſet factū ſine illo ꝯſilio ſed ꝓpter illud aliqd̄ pluſ factū eſt tenetur inſolidū ad illud plus. Jo. an. in regula nulluſ ex conſilio. libro. vi. melius diſtinguit.

Conſenſus

Si conſenſum prebuit ſcilicet cooperationis non mentis tantum. nam ſi ſine eius cōſenſu non poterat damnum fieri vel inferri tenetur inſolidum exempli gratia ſi duo vel plures faciunt furtum vel rapinam vel iniuſtum belluʒ ſimul ita ꝙ vn⁹ feciſſet ſine altero vndecima queſtione tercia. Qui conſentit. ij. q. i. Notum ibi facientem ⁊ cōſentientem par pena cōſtringit

Secus ſi ſine eo damnū illatuꝫ
fuiſſet. q₂ quilibet ſine alio vel
plures ſine illo feciſſent tūc enī
tenet̄ ſoꝫ̄ de damno qđ ipē de
dit vł eius cauſa datū eſt. Pal
po. Si adulādo laudauit aliquē
raptorē vel malefactorē q̄ſi ſtre
nuum ⁊ ex hoc induxit eū ad fa
ciendum rapinam vel damnuꝫ
qđ alias nō feciſſet tenet̄ inſoli
dum. Idem ſi detrahendo vł vi
tuperando vt ad hoc inducat.
puta quia dicit ipſum puſillani
mem ⁊ vilem q₂ nō ſattagit ra-
pere ⁊ male agere ⁊ ex hoc ille
mouet̄ ad damnificandū.

¶ Recurſus.

¶ Si receptauit fures ⁊ rapto-
res ⁊ tuetur eos ⁊ ex hoc ſecun
tur damna vel etiā rem raptaꝫ
cum quent̄ doloſe occultat pro
pter qđ non poteſt reperiri nec
reſtitui tenetur inſolidum leſo.
Etiaꝫ ſi nil de rapina peruenit
ad eum aut ꝑ ſe nil damni intu
lit. Hec tho. al. pe. ⁊ Rich. in. iiij
diſt. xv.

¶ Participans.

¶ Si participauit aliquid de ra
pina vel furto ꝯſumendo in vi-
ctu ⁊ veſtitu ſeu alias dono re-
cepit tenetur reſtituere vt ſup̄.
Si vero huiuſmodi rem ſciēter
⁊ ob ſui vtilitatē emit mortali-
ter. peccauit ⁊ reſtituere tenet̄
eam domino cuius eſt quem ſi
non reperit pauperibus eroga
re tenetur vel precium eiꝰ ſi for
te iam conſumpta eſſet. Ideꝫ ſi
non probabiliter credebat talē
rem iuſte poſſe emere vel dubi-
tabat ſeu de hoc nichil cogita-
bat. Nam in omnibus his caſi-
bus tenetur rem integre reſti-
tuere domino vt ſupra nec pōt
retinere ei precium qđ dedit vē
ditori pro ea. Idem de omnibꝰ
q̄ ſucceſſiue ꝑdicto modo eme-
rent eandem. vt plene habetur
ī ſumma piſa. Reſtitutio. iij. Et
in reſtitu. ſancti bernardini. ſer-
mone. xxxiiij. Mutus. Si vidit
furtum fieri ⁊ doloſe tacuit vel
ſcit vbi eſt res abſcondita ⁊ nō
reuelat vt infra peccat idem ſi
potuit obſiſtere furto vel rapi-
ne ⁊ non fecit. vel ſciens rem ra
ptaꝫ ſeu furtiuam nō indicauit
cum interrogaretur. Nā in his
tribus caſibus vltimis ⁊ mutus
qui doloſe tacet cum poſſet im
pedire ⁊ non obſtans qui poſſꝫ
obſiſtere ⁊ non manifeſtans cuꝫ
interrogatur in iudicio ſi obſtā
do vel veritatem dicendo non
imminet periculum ſui ſtatꝰ vel
proprie ꝑſone ſecundum ſcotuꝫ
tenetur quilibꝫ ſatiſfacere leſo
ſiue talis ſit officialis ſiue priua
ta ꝑſona. ar. ad hoc. ij. queſti. iij.
Quiſquis. ⁊ extra de fur. Qui
cum fure. Extra iudicium vero
idem dico quo ad officialeꝫ. Si
vero ſit perſona priuata que ad
hoc non tenetur ex officio quā-
uis peccet. non tamen tenetur

ad aliquā ſatiſfactionem dam/
nificato. Dicit tamen ſcotus in
iiij. q quāuis ad alicuius offici/
um ꝑtineat obuiare maliſſ ⁊ dā
nis que fiunt quando hoc faciē
do ꝓgeretur in aliquo caſu ad
malum reipublice. puta magnū
ſcandalum vel euidens pericu/
lum perſone proprie. tunc non
obuians non peccaret nec ad ſa
tiſfactionem teneretur. ar. di. l.
Ut conſtitueretur. alias ſec9 vt
ſupra. Si habuit ſeu accepit rē
alterius quoquomodo cōtra il/
lius meram voluntatem puta
per metum per importunitatē
per errorem vel obreuerentiā
⁊ hmōi. Nam in omnibus p̄di/
ctis caſibus tenetur reſtituere.
vt habet in ſuplemento. Reſti.
vij. Si habuit aliquid a pſonis
que non poterant alienare vt a
pupillo a filiofamilias non ha/
bente peculiū caſtrenſe vel qua
ſi a muliere non habente bona
propria a clerico religioſo ⁊ hu/
iuſmodi quia tenetur reſtituere
eis ad quos rei habite dominiū
vl' adminiſtratio pertinebat vt
cōmuniter tenent theo. in ſen.
diſt. xv.

¶ De damnificatione re
rum exteriarum.

Si aliquē damnificauit nō ſol
uendo in termino qō tenebatur
Nā ratōne more tenet credito
ri ſuo ad om̄e damnum ⁊ inter
eſſe ex ō fideiuſ. Peruenit. ⁊ c.
Conſtitutus. ō hoc intereſſe vi
de i ſum piſa. Reſti. i. Si p vſu/
ris ſibi ſolutis debitor notabili
ter damnificatus eſt ⁊ damna
paſſus ex ſolutione vſurarum ⁊
carentia ipſius pecunie ſolute
puta q oportuit eū ab alio ad
vſuram accipere vel ꝓpter hoc
res ſuas multo minori precio
quā valeret vendere ⁊ hmōi te
netur vſurarius vltra reſtitutio
nem vſurarum ad om̄ia damna
que debitor ꝓpter illam ſolutio
nem vſurarum ꝑtulit ſm Rai.
in ſum. Rich. ſco. ⁊ cal. Tho. ij.
ij. q. lxxviij. diſtinguit aut res re
cepta pro vſura non eſt fructifi
cans vt pecunia triticū ⁊ hmōi
⁊ tenetur vt ſupra. Aut eſt res
fructificans vt ager domus et
hmōi tenetur reſtituere rem cū
fructibus ex ea ꝑceptis. Si eie/
ctus fuit aliquando a cōmunita
te vt preſtantia vl' collecta aut
aliqđ onus iuſtum ad rationem
vnius libre pro centenario ſol/
uendum imponeret alicuiqȝ ō
cōmunitate ſecundum lucrum
⁊ quantitatem cenſus ipſorum
habita prius in formatione de
bita ⁊ ex certa ſcientia plus ali/
cui impoſuit qȝ debuit vt illi no
ceat vel vt alios indebite alle/
uiet min9 debito impoſuit. pec
cauit mortaliter ⁊ tenetur leſis
de om̄ibus damnis inde ſecut?.
ar. de iniur. ſi culpa. Si vero aſ
ſignata fuit ei certa ōterminata

ſumma puta mille florenorū. di
uidenda cuilibet de ciuitate ꝑ
rata ſua proportionabiliter ſ̃m
facultates ſuas relinquendo ar
bitrio ↄſcientie ſue ita tamē ꝙ
ꝑueniat̃ ad dictā ſummā mille
flor̃. nā hoc caſu ſi intendit alioſ
grauare ⁊ ſe ⁊ ſuoſ alleuiare no
tabiliter citra ↄdignū peccauit
mortaliter ⁊ tenet̃ reſtituere vt
ſupra oīe damnū leſis inde ſe-
cutū ſ̃m monal. in ſum. ſi poteſt
ſciri ⁊ diſcerni ip̄m damnū aliaſ
tenebit̃ ad arbitrium boni viri
Idē dico de diſcuſſorib⁹ ⁊ exti-
matorib⁹ bonorū ⁊ patrimonio
rum aliorū qui dolo odio vl̃ in-
uidia plus vel minus extimant
⁊ ꝓximū vel rem publicā dam
nificant. Nā ⁊ iſti peccant ⁊ re-
ſtituere tenent̃. vt ſupra. C. de
diſcuſſ. l. i. li. x. Idē de meſſorib⁹
agri edificij frumenti vel vini ſi
dolo vel lata culpa inique meti
antur. ff. Si meſſor fal. mo. di. l.
ſi meſſor. §. i. ⁊ ij. Et generaliter
vbicūq; quis doloſe vel inique
facit id ad qđ aſſumpt⁹ eſt a iu-
dice vel a partib⁹ vt cū notari⁹
aſſumptus ad computationem
litterarū male cōputat vel me-
dicus ꝑperam refert de quali-
tate vulnerū ⁊ hmōi. Nā oēs
tenent̃ reſtituere vt ſupra. Si
vero p̄dicti collectarū diſtributo
res extimatores ⁊ hmōi habita
ſufficienti diligentia ad ſciēdū
facultates ⁊ lucra perſonarum

⁊ ea que habent extimare vel
metiri bona fide taxant vel exti
mant ⁊c. vident̃ excuſari a pec-
cato ⁊ obligatione ſatiſſactio-
nis. licet alicui plus debito taxa
uerint. xxiij. q. v. ď occidēdis. Si
impediuit fructus ꝓuenturos
alicuius agri vel vinee arbores
⁊ ſemina effodiendo aut eradi-
cando vel alias deuaſtando te-
netur ad quantū extimant̃ fru-
ctus i illo dubio valituri. Tho.
in. iiij. Si officiū vel beneficiū
qđ quis iam conſecutus erat ⁊
poſſidebat iniuſte ꝓcurauit ſibi
auferri tenetur ad oīe damnū
⁊ ad reſtitutionē equalē. Secuſ
ſi iuſte puta q: ille meret̃ priua
ri ex defectu ſuo q: tunc in nul
lo tenetur ſecundū Tho. ⁊ Ri.
in. iiij. di. xv. ar. v. q. iiij. Si impe
diuit aliquem a conſecutōe ali-
cuius officij beneficij elemoſine
aut cuiuſcūq; muneris puta cū
aliquis volebat omnia ſua bo-
na vel partem ei legare vel do-
nare ⁊ ipſe diſuaſit ⁊ impediuit
ne hoc fieret. Nam ſi hoc fecit
animo ⁊ intentione damnificā
di illum licet non teneatur reſti
tuere tantum quantum illi va-
leret beneficium eo ꝙ non eſt
equalis valoris habere bonum
in actu ⁊ eſſe prope habere te-
netur tamen ad intereſſe ipſi
damnificato ad arbitriū boni
viri. Si vero hoc fecit vt vtilita
ti ſue vel amici ei⁹ magis proui

deret q̄z illi secundum Richar-
dum vbi ſupra. ⁊ Scot⁹ eadem
diſtincti. queſtoi. ij. non tenetur
ad aliquid quia nulli erat ius
acquiſitum ⁊ nemini facit iniu
riam qui vtitur iure ſuo. Cuili-
bet enim licet potius procurare
ſibi ⁊ amicis ſuis aliquid dari
vel legari q̄z alijs precipue cum
indigent. Concor. Pe. de palu.
Si quoquomodo abſtulit ſacrū
de ſacro vt calices paramenta
⁊ huiuſmodi. de eccleſia aut rē
ſacram de loco non ſacro. aut
rem non ſacram de loco ſacro.
ſacrilegium commiſit ⁊ reſtitu
ere tenetur. xvij. q. iiij. Quiſquis
De bellis iniuſtis ⁊ vſurpatio-
ne dominorum collectis ⁊ peda
gijs vide infra parte ea. ti. iiij. c.
iij. De turpi lucro ⁊ per ludum
alearū acquiſito. vide infra aua
ricia. De cambijs illicitis et ſo-
cietatibus vide parte tercia ti.
iiij. c. xi. De habitis per ſimoni
am ⁊ bonis eccleſiaſticis male
conſumptis ibidem. c. xvi. et ſe.
De damnis ⁊ fraudibus in con
trahendo multipliciter factis
ibidem. c. xi. de damnis per ani-
malia feras ⁊ huiuſmodi illatis
ibidem. c. xiij. De damnificatio
ne corporum que quadruplici-
ter contingere poteſt ſcilicet p
occiſionem ⁊ per mutilationez
p vulneratōz aut verberatōez.
Per carcerationem aut violen
tam detentionem. Et ideo cir-
ca hoc poteſt ſic interrogari. Si
occidit aliquem hominem li-
brum cum librum corpus non
recipiat extimationem et dam
num illatuz ſit ex commiſſione
fiet extimatio intereſſe etiam
extrinſeci. ff. de actio. emp. l. Iu-
lianus. ⁊ ſic homicidia tenebi-
tur ad mercedes medicorum ⁊
alias expenſas in curatione fa-
ctas tenebitur etiam alere fili-
os aut propinquos ⁊ pauperes
quos operibus manuum ſuarū
occiſus reipublice erat neceſſa-
rius ⁊ ex eius morte reſpublica
damnum paſſa eſt occiſor tene-
tur ei ad condignam ſatiſfacti
onem. Si vero occiſus erat ſer
uus non liber idem dicendum
quod de rebus alijs vt fiat exti
matio ſcḋm valorem ſer-
ui. ff. ad. l. acquil. l. ij. hec Richar
dus ⁊ Scotus in. iiij. diſtinctōe
xv. Concor. x̄x̄. in ſpe. titulo de
iniur. §. ſequitur. Si damnifica
uit aliquem mutilando ei ma-
num vel pedem et huiuſmodi.
Nam vt dicit ſcotus vbi ſupra
q. iij. pro huiuſmodi non eſt ſta-
tuta pena in eccleſia niſi pecu-
niaria que debet correſponde-
re non ſolum ad expenſas me-
dicorum i curatione illius hoīs
ſed etiam ad ſatiſfactionē dam
ni et impediti lucri pro toto
tempore quo vſuras erat illo

membꝛo quo abſciſus eſt habē
do ꝯſiderationem ad artificiuꝫ
ſeu exercitium atq̃ induſtriam
hominis mutilati. Et videt̃ pl᷒
ponderanda mutilatio pauꝑis
q̃ꝫ diuitis ſi multum indigebat
menbꝛo abſciſo ad neceſſarium
victū. Tenet̃ etiã truncatoꝛ di
ues alere a ſe truncatum ſi ali-
monijs eget ⁊ ſatiſfacere cōſan
guineis illius quos damnifica-
uit puta ſi ille cuius eſt manus
abſciſa alebat patrem ⁊ matrē
filios ⁊ alios qd̃ nunc facere n̄
poteſt carentia menbꝛi abſciſi.
ꝓpterea talis abſciſoꝛ ad equa
lia tenet̃ ad arbitrium boni vi-
ri. Con. Rich. vbi ſupꝛa. Nō ta-
men fiet extimatio cicatricum
nec deformitatis coꝛpis extra
d̃ iniur̃. c. i. Si damnificauit ali
quem vulnerando vel verberã-
do tenet̃ ad expenſas medico-
rum ⁊ ad opas quas tali ꝑcuſſi
one amiſit ex̃. de iniur̃. ſi rixati.
Et originaliter ſumit̃ exod̃. xxi.
Concoꝛ. Rich. vbi ſupꝛa. Si ali
quem damnificauit iniuſte car-
cerando ſeu detinendo. Naꝫ te
netur ad ſatiſfactionem iniuri-
arum ad iudiciuꝫ ſapientis. Et
vltra hoc tenetur ꝑcuſſoꝛ ſeu in
iurie illatoꝛ ꝓ anima occiſi oꝛa-
re elemoſinas facere. ⁊ aliquam
peregrinationē aſſumere inquã
tum poteſt ⁊ ceteris ꝑcuſſis ſeu
leſis ꝓ iniuria veniã petere ⁊ ſi-
bi eos reconciliare.

¶ De damno ſpūali ⁊ moꝛum.
¶ Circa hoc Sco. vbi ſupꝛa di
cit q̇ i̅ bonis naturalib᷒ anime
nec moꝝ poteſt quis directe il
lum damnificare. ſed bene indi-
recte dupliciter. vel in acquiſit̃
virtutibus que ꝑ vicia coꝛrum-
puntur. vel in acquirendis qua-
rum acquiſitio multipliciter im
pedit̃. ſ. inducendo. reuocando.
ſcandaliſando ⁊ ſeducendo. Et
ideo hoc oꝛdīe ꝓcedatur inter-
rogando. Si induxit aliqueꝫ ad
peccatū ſuadendo ꝯſulendo vel
p̄cipiendo hoc eſt moꝛtale. ⁊ q꞉
ſic fuit occaſio ꝑ̄ditionis illius ⁊
abſtulit virtutes ⁊ gratiã ab ei᷒
anima. iuxta illd̃ Aug̃. Si fratri
tuo male ꝑſuades occidis. ſ. illū
quo ad animã. de pe. di. i. Noli.
Ideo ſm̃ Sco. tenet̃ reſtituere
dam. modo ſibi poſſibili inducēdo
eum efficaciter ad penitentiaꝫ
⁊ virtuoſos moꝛes verbis oꝛati
onibus ⁊ hmōi. ſi reuocauit ali
quem a melioꝛi bono puta a re
ligione. nam ſm̃ ſco. vbi ſupꝛa.
q. ij. ſi retraxit aliquē iã ꝓfeſſuꝫ
tenet̃ agere vt redeat ad religi
onem ⁊ ſi nolit redire tenet̃ ali-
um eque idoneū religioni ꝓcu-
rare qd̃ ſi nec hoc poteſt tenet̃
ipſe intrare ſi ſit ꝑſona idonea
⁊ habilis ad intrandum. Si ve-
ro retraxit aliquem diſpoſitum
ad religionem ne intraret non
tenetur ad tantam reſtitutionē
religioni ad quantã teneretur

in primo caſu qꝛ intereſt multū
inter habere ⁊ ppe eſſe ſed tene
tur ad aliqualē reſtitutionē alꝰ
terius equiualētis ad ingreſſuꝫ
religionis. Et illud intelligo ve
rum qn̄ ipſum retraxit intentio
ne damnificandi religionē. Se⸗
cus aūt ſi intentione vtilitati ꝓ
prie ſiue ſpūali ſiue tpali ꝯſulen
di non ſuggerens aliquid falſuꝫ
nec in fraudem qꝛ tunc nō tene
tur ad aliquid religioni ſꝫ tenet̄
pſone quā retraxit vt in pſuaſi⸗
onibus ⁊ alijs bonis ſpiritualiꝰ
bus ad bona equiualētia bonis
illis quibꝰ illū retrahendo dam
nificauit. Con. Rich. vbi ſupra.
q.iiij. Idē videt̄ dicendū d̄ ꝓfeſ⸗
ſo tacite quod de expſſe ꝓfeſſo
Nā talis obligat̄ religioni ſalꝰ
tem in genere. Si autem quis
auerteret aliquē a religionis in
greſſu non ſimpliciter ſed ab ea
vbi diſſolute viuit̄ intendēs ꝓ
uidere ſaluti illius in nullo tene
tur. ar. xxiij. q. v. de occidendis.
Si aliquē damnificauit ei malo
exemplo ſuo ſcandaluꝫ p̄bendo
ſicut ſepe faciunt mali prelati
ſubditos ſuos pompis laſciuijs
⁊ alijs malis moribꝰ ſuis. Muli
eres ſuis ſupfluis ⁊ vanis orna⸗
mentis fucis ⁊ tripudijs ⁊ que⸗
cunq; alij publice peccātes. Ta
les eni̅ grauiter peccāt. p̄cipue
cū credūt alios in diuerſa vicia
ꝓpter eorū malū exemplū ruere
nec curant aliqd ⁊ tenent̄ ſatiſ⸗
facere publice bonis exemplis
⁊ moribꝰ quantū poſſunt. Non
tn̄ ꝓpter hoc tenent̄ ad aliquaꝫ
publicā penitentiā ſm albertū.
Si damnificauit aliquem ſedu
cendo puta virgineꝫ de hoc ſu
pra p̄cepto ſexto. ⁊ exo. xxij. ¶
¶ Preceptū octauū eſt de ꝓhi
bitione falſi teſtimonij.

OCtauū p̄ceptum eſt
Nō falſum teſtimo
nium dices. Quo p̄
cepto ſm Aug. ꝓhi
bet̄ generaliter oīe mendaciū
pniciosum iocoſum ſiue officio
ſum ex libidine mortali dictuꝫ.
de quo ſapiētie p̄mo dicit̄ Os
qd̄ mentit̄ occidit animā. Mē
daciū vero officioſum ⁊ iocoſuꝫ
ex libidine veniali dictū nō ꝓhi
betur ſicut nec in alijs p̄ceptis
prohibet̄ culpa venialis. Dicit
tn̄ Augꝰ. ꝙ nullo caſu mentien⸗
dum eſt. qꝛ difficile eſt ſcire an
ꝓcedat a radice mortalis libidi
nis vel venialis Poterūt ergo
ſic fieri interrogatōes circa pre
ceptum. Si dixit falſuꝫ teſtimo
niuꝫ ꝯtra aliquē in iudicio mor
taliter peccauit ſm Tho. ꝗ. ij. q
lxx. Et vltra peccatū mortale te
netur leſo de oīni damno. xiiij.
q. vi. ſi res. ⁊. ij. q. i. notū. Idem ſi
certum aſſeruit illud de quo du
bitauit ⁊ eſt periurus in vtroq;
caſu. non tamen tenetur ſignifi
care ſe falſum dixiſſe ꝓpter pi
culum ex quo ille punitꝰ eſt. Si

Si extra iudicium dixit menda
cium ꝑnicioſum contra honorē
dei veritatem fidei. vel in nota
bile damnum ꝓximi ſpūale vel
temporale. puta dixit fornicati-
onem nō eſſe peccatū. Vſurā et
hmōi ſeu negauit qḋ ipſe vel ali
us debet alteri dare ⁊ ipſe no-
uit mortaliter peccauit. Si ī iu
dicio interrogatus a iudice ſuo
iuridice mendaciū dixit ſeu ve-
ritatem tacuit mortale eſt ſecū
dum Auguſtinū ⁊ Alex. de hal.
ſuper hoc p̄cepto. Si in p̄dicati
one ſtudioſe mentitus eſt mor-
tale eſt. ſecus ſi ex ſurreptione.
ſi ſcienter mendaciū dixit in cō
feſſione mortale eſt. ſ. de neceſſa
rio confitendis. Si dixit men-
dacium iocoſum. i. cauſa ſolatij
vel officioſum. i. ad conſequēdā
inde aliquā vtilitatē ſpiritualē
ſeu temporalē ſine alterius no-
cumento veniale eſt tam in vi-
ro ꝑfecto q̄ȝ impfecto ſm alex.
vbi ſupra. Si teſtimonium non
tulit ꝓ pecunia mortaliter pec-
cauit. ⁊ tenet̄ ei reſtituere qui
dedit niſi dederit ad corrumpē
dum eum. xiiij. q. v. non ſane. pōt
tamen accipere intereſſe vt ſi ꝑ
didit operam ꝓpter hoc. Si aſ
ſiduitate ⁊ mala conſuetudine
mentiat̄ etiā iocoſe ſm hoſtiē.
in ſum. ti. de pe. ⁊ re. §. Que in
terrogationes. mortale eſt. De
detractione cōſequenter he in-
terrogationes poſſunt fieri. Si

impoſuit alteri falſe aliquod cri
men verbo cantilena vel libello
famoſo ꝑ ſe vel ꝑ aliū mortali-
ter peccauit ⁊ tenet̄ ad reſtitu-
tionem fame ſm Rai. recogno
ſcendo errorē ſuū ⁊ declarando
illis corā quibus detraxit. et in
alijs locis in quibus ſentit illuȝ
infamatū ſe falſuȝ dixiſſe niſi ex
hoc infamatus magis infama-
retur vel immineret ei ingens
periculū vite vel aliqḋ magnuȝ
inconueniens ſequeret̄. et vltra
hoc tenet̄ infamato veniā po-
ſtulare ſi nouit ſe infamatuȝ ab
eo ⁊ tenet̄ cū eo componere de
iniuria ⁊ hoc per ſe ſi audet vel
per alium ſi non audet. Si cri-
men alterius verum ſed occul-
tū manifeſtauit mortaliter pec
cauit. ⁊ tenetur ei ad reſtitutio
nem fame inquantū poteſt ſine
periculo vt ſupra vel niſi illḋ cri
men prius occultū poſtea ꝑ ali-
am viam fuerit publicatū. ſi cri
men occultum alterius manife
ſtauit nō intentione diffamādi
vel alias nocendi ſed ex quadā
leuitate vel loquacitate non vi
detur mortale niſi per accidens
ex illa manifeſtatione ſequeret̄
eius infamatio vt q2 audientes
inde de eo ſcandaliſati ſunt. Cō
cor. Tho. ij. ij. q. lxxiij. Si ad pec
catum alterius qḋ narrauit ad
didit aliquid notabile vltra pec
catum tenetur ad reſtitutioneȝ
fame ſi illud importat infamiā.

Si narrauit crimen alterius co
ram alijs non expſſe aſſerendo
nec tanq̄z certū dicendo ſ;  ꝓut
audiuit referendo nil addendo
licet peccet ⁊ periculoſum ſit ta
lia audita referre nō tñ tenetur
ad reſtitutionē fame ſm ſco. in
.iiij. ſed ſi hoc fieret ī intentione
mala. ſ. ledendi ꝓximum vel īfa
mandi nō videt̄ poſſe excuſari
a mortali. ſi accuſat⁹ in iudicio
de crimine qd̄ cōmiſit ſed occul
to negauit ſe illud ꝯmiſiſſe ⁊ ſic
indirecte crimē impoſuit accu-
ſatori ⁊ calumniā oſtendens eū
in hoc eſſe mendacē ſm ſco. vbi
ſupra nō tenet̄ retractare nega
tionem ſuā qua negauit in pu-
blico verū crimen. tenet̄ tamē
reſtituere famā accuſanti dicēſ
ſi non habeatis eū ꝓ calumnia
tore credendum eſt ꝙ habuerit
bonā intentionem ⁊ huiuſmodi
Si accuſauit in iudicio vl' denū
ciauit prelato crimē verum al-
terius non zelo iuſticie ſed odio
mortaliter peccauit. Si vero ei
vel etiā alijs perſonis que poſ-
ſint peccanti ꝓdeſſe ⁊ ꝓuidere
denunciauit etiam ſi crimen ſit
occultū nō peccauit imo meri-
tus eſt xxij. q. v. hoc videtur. Si
bona facta ab alijs dixit facta
mala intentione ꝓpter odium
peccauit mortaliter. Idē ſi tacꝫ
ea odij cauſa cū ſit neceſſariuꝫ
dicere ad laborandū ꝓximuꝫ et
⁊ hoc verū ꝯſertim in foro ꝯſci-
entie de ſen. excō. Quanto. ⁊ in
fra eo. dilecto. li. vi. ſi cū delecta
tione abſq; reſiſtentia audiuit
detractores vel induxit eos ad
detrahendū ꝓpter odiū ei⁹ cui
detrahit̄ non minus peccat q̄z
detrahens. Si vero peccatū ei
nō placuit ſed ex timore vel ne-
gligentia ⁊ hmōi nō cōtradixit
veniale tantuꝫ videtur niſi ei ex
officio incubuit ſm Tho. ij. ij.
q. lxxiij.

Preceptū nonū de non con
cupiſcendo vxorē ꝓximi.

Nonu p̄ceptū eſt. Nō
ꝯcupiſces vxorē alie
nā. Hic notandū ꝙ
q̄zuis peccatū volun
tatis ⁊ opis vnū peccatū ſint in
radice. ſ. in libidine ⁊ intentōne
duo tñ ſūt ī effectu ꝯ ordiatōe
ſm Alex. de hal'. pte. iij. ſup hoc
p̄cepto. Ideo ſic ſexto p̄cepto
decalogi ꝓhibet̄ actuſ exterior
mechie. Ita hoc ꝓhibet̄ actus
interior ꝯcupiſcentie ꝓut eſt in
ꝯſenſu rationis non aūt ꝓut eſt
in primo motu ſcꝫ ſuggeſtione
vel delatione ꝓhibet̄ ſimplici-
ter ſed ſm quid poteſt ergo ſic
interrogari. Si concupiuit ali-
quando cōmittere aliqd̄ pecca
tum carnale cuꝫ muliere aliena
Nam ſi deliberate ⁊ cum cōſen
ſu rationis ad hoc cōſenſit mor
taliter peccauit etiam ſi nullus
effectus ſecutus ſit Matthei
quinto. Qui viderit mulierem

ad ꝯcupiſcendum eam iam me
chatus eſt eā in corde ſuo. Idez
eſt ſi concupiuit peccare cū ma
ſculo. ⁊ q꞉ vt inquit Amb. intē/
tio opi nomen imponit ſequiť
ꝙ qualis eſt ꝯcupiſcentia talis
ſit ſpecies peccati. exēpli gratia
Si ꝯcupiuit cōmiſceri carnali/
ter cū ſoluta virgine ſtuprū cō/
miſit. Si ꝯiugatam adulteriuꝫ
Si monialem ſacrilegiū. Si cō
ſanguineā inceſtuꝫ ꝓpterea de
ſingulis hmōi ꝯcupiſcentijs de
liberate ⁊ cum conſenſu ratōis
factis oportet ſpecifice cōfiteri
cum debitis circūſtantijs. Naꝫ
totiēs peccauit mortaliter quo
tiens ꝯcupiuit fornicari cuꝫ ali
qua vt ſupra factis aliquibus in
teruallis. Sed ſi verſetur conti
nue in talibus deſiderijs ꝑ ſpa/
cium tpis erit ſolū vnū peccatū
mortale ſed tanto grauius quā
to diutius in eo pſeuerat. Idem
ſi mutat cogitationē de vna ꝑ/
ſona ad aliā vel ď vna ſpē ad ali
am cum eadem pſona ſemper
de nouo peccat mortaliter vn/
de ſi centum mulieres viderit
vnā poſt aliā ⁊ ſingillatim eas
deliberate carnaliter concupi/
ſceret centies mortaliter pecca
ret. ſed ſi vna cogitatōe eas ap
peteret vnū ſolū peccatuꝫ eſſet
habens in ſe tot peccatoruꝫ de
formitatē. Si pſtitit conſenſuꝫ
ſolum in delectatione cogitatō
nis carnalis licet non intēderet
vllo pacto ꝑuenire ad actū mor
taliter peccauit ſm oēs theolo
gos cōiter. ⁊ notat durā. i ſum.
li. i. parte. viij. ti. de luxu. q. xx. Si
oblectatus eſt moroſe in cogita
tionibus carnalibꝰ abſqꝫ tn̄ cō/
ſenſu ⁊ deliberatōe rōis. naꝫ in
hoc eſt varia opi. doc. Nic. de li.
Mat. v. ſuꝑ illud. Qui viderit
⁊c̄. dicit hoc eſſe veniale pecca/
tuꝫ. Idē tho. Bo. ij. ſen. di. xxiiij
ponēs duplicē ꝯſenſuꝫ expſſum
ſcꝫ ⁊ interꝑtatū dicit ꝙ nō ſolū
eſt peccatū mortale qn̄ ratio cō
ſentit expſſe. ſꝫ etiā qn̄ hō ꝯſen/
tit nō expſſe dū negligit repme
re delectatōeꝫ aduertens ꝑicu/
lum retente cogitatōis. Nā ipe
ſibi eſt cā diſcriminis qḋ nō ꝑt
eſſe abſqꝫ ꝯtēptu ꝓprie ſalutis
⁊ ꝯſequenter mortale. Con. pe.
alex. vero de hal. in. ij. q. ij. expſſe
aſſerit delectationē carnalē mo
roſam eſſe mortale peccatum.

¶ Decimū ⁊ vltimū p̄ceptuꝫ de
nō ꝯcupiſcendi rem ꝓximi.

DEcimū p̄ceptū ē. Nō
ꝯcupiſces rē alienam
hoc p̄cepto ꝓhibetur
oīs ꝯcupiſcētia rei aliene ꝑifor/
miter vt dictū ē in p̄cedēti p̄ce
pto de ꝯcupiſcētia carnali ideo
ſic poterit interrogari. Si cōcu
piuit deliberate hrē nō mō lici/
to rē alienā ⁊ q̄d ⁊ quō vt habe
atur ſpecies peccati q̄ neceſſa/
ria eſt ꝯfiteri cū debitꝰ circum/
ſtantijs vt ſupra. precipue ſi eſt

quid notabile qđ ꝺſiderauit ha
bere illicite vel ꝑ modū illicitū
mortale eſt ⁊ eiuſdē ſpeciei pec
catum vt ſi deſiderauit occulte
tollere eſt furtū. ſi violenter ra
pere rapina eſt. ſi rem ſacrā eſt
ſacrilegiū. ⁊ ſic de alijs nō tñ te
netur reſtituere. ſi cū aliquando
abſtulit aliquid alicui vel dam
nificauit in minimo ꝺſiderauit
tollere quid magnū mortaliter
peccauit vt ſepe ꝯtingit merca
toribus ⁊ artificibus qui plus ſe
decipe cupiūt q̄ȝ actu decipiāt

¶ De vicijs capitalibus ⁊ eorū
ſpeciebus. Capitulum tertiū.

Hic ꝓ fundamēto no
ta ſm̄ Alex. de hal.
ij. pte ſu. q. xxxv. ar. i.
q̄ circa hec vicia pt̄
hō duob⁹ modis corde peccare
mortaliter. Primo mō cū ad
uertenter ⁊ deliberate cū cōſen
ſu rationis delectat̄ cogitare ſu
per eo qđ eſt peccati mortalis
puta fornicatōnis homicidij ra
pine furti ⁊ hmōi querens dele
ctationē peccati cogitati. Nā
hoc eſt mortale. licet non inten
dat actu illud committere ⁊ eſt
eiuſdē ſpeciei cuius eſt illud qđ
verſatur in mente. Secūdo mo
do peccat quis mortaliter cum
cogitādo id qđ eſt mortalis cul
pe illud appetit actu perpetra
re. ⁊ ſi nunq̄ȝ ſequatur effectus
Nam hec volūtas profecto re
putatur. poterunt ergo ſic fieri
interrogationes. Et primo cir
ca ſuperbiam. Que eſt initium
omnis peccati. eccli. x. ⁊ ſecūdū
Greg. habet quattuor ſpecies.
Si bona naturalia ſpūalia vel
temporalia que habet ſibi attri
buit ⁊ nō a deo habere recogno
ſcit. ſi bona ipſa a deo recogno
ſcens meritis ſuis principaliter
recepiſſe exiſtimauit. Si ea bo
na que non habuit ſibi attribu
it vel plus q̄ȝ habuit. Si reputa
uit vel reputari appetiuit ſe ce
teris meliorem alios contēnens
nam in his quattuor ſpeciebus
ſemꝑ eſt mortale. alias veniale
eſt. Si exiſtimauit ſe dignū ho
nore vel dignitate ⁊ mente deli
berata appetiuit. ore ꝗ protulit
ſeu oꝑe ꝓcurauit principaliter
ꝓpter honorem vel vtilitatem
temporalem mortaliter pecca
uit. Si appetiuit dignitatē vel
officiū eccleſiaſticū ſeu ſeculare
ad qđ eſt indignus ⁊ ineptus vt
quia eſt ignorās vel criminoſus
mortale videt̄. ſi appetiuit ſeu
q̄ſiuit ad huiuſmodi peruenire
etiā ꝯtra faciēdo p̄ceptis dei ſi
oportuiſſet mortale eſt. Si quo
quomodo queſiuit honorem in
aliq̄ re ita inordinate q̄ ibi cō
ſtituerit finē mortale eſt. alias
veniale videt̄. Si p̄ſumens de
virtute ſua ⁊ ſup̄ vires ſuas tē
ptauit ea que nō ꝯueniunt eius
ꝯditōni arti vel ſciētie q̄ ſi hoc
fecit cū ꝑiculo exp̄ſſo corporali

ſeu ſpirituali ſui vel alteri⁹ mor-
taliter peccauit. ſi alteri⁹ facta
dubia in malā partē deliberate
iudicauit ſine indicijs manifeſtis
mortaliter peccauit ſi delibera-
te iudicauit de mortali alias ve-
nialiter ſi iudicauit de veniali.
Si ꝑtinaciter ⁊ ſciēter ꝯtendit
aduerſus alterū ꝯtra veritatē
⁊ in rebus alicuius importātie
mortale videt̄. ſi curioſe ſcruta-
tus eſt ea que ſunt ſupra capa-
citatē ſuā. vt de trinitate. prede-
ſtinatione ⁊ hmōi. q: q̄nq; pōt
eſſe mortale ꝓpter ꝑiculū. ſi ex
ꝯtemptu nō obediuit deo ⁊ ce-
teris ſuꝑioribus ſuis ſpūalibus
⁊ tꝑalibus in p̄ceptis iuſtis qui
ꝑtinent ad eorū iuriſditionem
mortaliter peccauit. Si vilipen-
dit recepta dei bn̄ficia vł mur-
murauit de eis ſeu in eorū con-
temptū aliqđ peccatū cōmiſit
q: mortale eſt ⁊ peccatū ingra-
titudinis. Si deuiauit vel receſ-
ſit ab obediētia pape ⁊ ſancte
Romane eccleſie adherens ali-
cui antipape ſciſmatico vel ali-
cui ſecte reprobate mortale eſt
⁊ excōicatio. ſi tn̄ eſſent duo ele-
cti ⁊ quilibet eorum crederet ſe
papā eſſe ⁊ ſic crederet̄ a ſuis ſe-
quacibus neuter eorū poſſz di-
ci ſciſmatic⁹ ⁊ ꝯſequēter excuſa-
rent̄ populi ſi diſpoſiti forent il-
li adherere quē ꝓ certo ſcirent
eſſe verū papā ⁊ valent geſta ꝑ
vtrūq; in locis vbi tollant̄. xxiiij
q. i. c. i. in glo. ſi. ⁊. e. q. c. de deci-
mis in glo. ij. Si fuit nimis ꝑti-
nax in ſentētijs ſuis diſcrepans
a cōmuni iudicio ceterorum eſt
ꝑiculoſuz ⁊ p̄t q̄nq; eſſe mortale
q̄nq; veniale. ſz ſi diſcordauit ſe
ab alijs ī bis q̄ ordinant̄ ad dei
honorem vel ꝓximorū vtilitatē
ꝓ eo q̄ male afficit̄ ad eos vel
vt p̄ ceteris oſtendat ſe ſapien-
tiorē mortale eſt. Si irreueren-
ter ſe habuit ad eccleſie ſacra-
menta ⁊ alia diuina ⁊ deriſit ea
mortale eſt. Si ꝯtempſit vel de-
riſit bonos viros ⁊ ſimplices vł
deo ſeruire volētes vt ſic eos re-
traheret mortaliter peccauit.
Si irriſit aliquē intendens ex
hoc iniuriā eius vilificationē ⁊
notabilē ꝑturbationē mortali-
ter peccauit. ſecus ſi ex leuitate
aut cauſa ioci.

De inani gloria.

Inanis gloria eſt in-
ordinatus humane
laudis appetit⁹ ⁊ ex
genere ſuo eſt venia-
le. Poteſt tn̄ eſſe mortale dupli-
citer. ſ. rōe finis ꝓpter quē laus
appetit̄ ⁊ rōe oꝑis ī quo laus q̄-
rit̄ poterit ergo de ea ſic inter-
rogari. Primo ſi oꝑa ſua de ge-
nere bonorū vt ieiunia elemoſi-
nas oratōes ⁊ hmōi. fecerit pri-
cipaliter ad laudē humanā vel
ꝓpter lucrū ſicut phariſei q̄ de-
uorabāt domos viduarū ſimu-
lantes longā orationē Matth.

trię. mortale ē. Si queſiuit glo-
riam ⁊ laudem ex opere peccati
mortalis peccauit mortaliter ſi
hoc egit mente deliberata. Idē
ſi ſe laudauit de opere mortalis
peccati. Si gloriā ꝗſiuit de ope
indifferenti vt habere diuicias
vel veſtes precioſas eſt veniale
dūmodo de ſe nō ſint inordina-
te ꝙ prebeāt occaſionē ſcādali.
Idem ſi ſe iactauit ꝺ hmōi ope
indifferenti. Si ita inordinata
appetiuit laudē ⁊ gloriā ꝙ pro
pter eā ꝯſequendā ꝑatus exti-
tit etiā ꝯtra dei ꝑcepta facere
mortaliter peccauit ſi adinue-
nit nouitates veſtiū ornatuum
vanitatū ⁊ hmōi grauiter pec-
cauit ⁊ ſi fuit cauſa inducendi
aliquā malā ꝯſuetudinē omnia
peccata inde ſecutura imputa-
buntur ei. ſi edificia ſua ꝑtuoſa
⁊ picturis curioſa vltra ꝯdecen
tiā cum ꝓpriis inſignis ad eius
gloriaꝫ principaliter fieri fecit
ibi finem ſuum cōſtituens mor-
tale etiā videt̄. Si vſus eſt veſti
mentis ꝑcioſis vel mulier vſa ē
veſtibus rechamitis ⁊ caudatis
planulis altis coronis capitꝭ fu
cis ⁊ aliis ornatibus ad oſten-
tationem ⁊ inanem gloriā mor-
tale eſt. ſi adeo in eis oblectata
eſt vt nō curaret ꝓpter hoc trāſ
gredi mandata dei vel eccleſie.
nec ꝺ ruina ꝓximi etiā ſi ſciret
euꝫ inde ſcandaliſari. ſi vero vt
placeat viro ſuo vel ne ꝯtemna
tur ab aliis ſeu ex leuitate talibꝰ
vſa eſt de ſe non videtur morta
le niſi ſit ibi notabilis exceſſus.
vt veriſimiliter poſſit eſſe occa
ſio ruine aliis. Si adhibuit nimi
am diligentiam ⁊ ſtudium ⁊ cō
ſumpſit multum tempus ad or
nandum ſe, vel ſi exceſſit in por-
tatura veſtium quo ad numerū
quo ad precioſitateꝫ quo ad for
mam non ſecundum moreꝫ pa-
trie vltra ſtatum ⁊ conditionē
ſuam poteſt ibi de facili eē mor
tale. Si ſimulauit ſanctitatem
habere per opera exteriora cuꝫ
malus ſit ſi hoc fecit ad conſe-
quendum laudem humanā ibi
conſtituens finem vel intendēs
aliquid quod ſit contra honorē
dei ſeu vtilitatem ꝓximi vt diſ
ſeminare errores adipiſci indi-
gentie eccleſiaſticam dignita-
tem decipere proximum ſpiri-
tualiter vel temporaliter puta
vt citius ei dent̄ elemoſine qua
ſi viro ſancto vt faciant cereta
ni ⁊ multi queſtuarii in his om-
nibus mortaliter peccauit ⁊ hiꝭ
reſtituere tenentur ſm̄ Innocē.
Si laudauit vel iactauit ſe ali-
os contemnendo vt phariſeus
publicanum mortale videt̄. Si
laudes hominum vel reueren-
tie ſibi exhibete deliberate ei
placuerunt principaliter ad pro
priam gloriam mortale videtur

De inuidia.

Inuidia ex ſuperbia oritur: ⁊ eſt odiū felicitatis aliene. ſeu triſticia de alienis bonis ⁊ ex ſuo genere eſt peccatum mortale. quia directe contrariatur charitati que nō emulatur. i. Cor. xiij. poteſt tamen eſſe veniale cum conſiſtit in pmo motu abſq conſenſu rationis ⁊ ſcdm Greg. habet quinq filias q ſunt. Odium. Exultatio in aduerſis. Triſticia in pſperis. Suſurratio ⁊ detracto. Poteſt addi ⁊ blaſphemia poterunt ergo ſic per ordinem interrogatōnes fieri. Si inuidet alicui puta prelatus de maiori prelatione ⁊ dignitate officialis exiſtenti in digniori ⁊ meliori officio. doctor alteri doctori d maiori ſcientia vel concurſu. ſcolaris alteri ſcolari de acuciori ingenio. Mercator alteri mercatori de maiori credito. Ciuis alteri ciui de maiori honore ⁊ reputatōe. Artifex alteri de artificijs concurſu lucro ⁊ hmōi. Mulier alteri mulieri de mariti pulcritudine filijs ⁊ ornamentis. In his omnibus ſi adeſt conſenſus rationis eſt mortale. quia cōtra charitatem proximi cum doleat de ei⁹ bono ſi tamen doleret de bono temporali alterius quia videt illud redundare in detrimentū anime ſue vel cōmunitatis taliſ dolor non eſt peccatum. Si odiuit deū quia flagellauit eum vel impediuit mala deſideria eius. vel quia prohibuit peccata carnalia ⁊ hmōi. mortale ē. Si odiuit proximū optans ei aliqd notabile malū mente deliberata. mortale eſt. ſiue malum ſit ſpirituale corporale vel temporale. Si vero malum ei optauit non vt malū ſed pter bonum eius puta infirmitatem paupertatē ⁊ hmōi. vt. ſ. bonus efficiat vel ſaltē ne peior fiat ⁊ alijs nocere nequeat hoc non eſt odium. Si odiuit vnū vel plures ⁊ qzto tempore in odio perſeuerauit. Nam quotiens odio menti ei⁹ de inimico concurrit ⁊ ipſe nouo conſenſu rationis in illud cōſenſit totiens mortaliter peccauit. Nō tn̄ debet petere veniā ab illo quē odiuit ſi odiū ſecretū fuit. Si exultauit animo deliberato d malo ⁊ damno ſeu d quauis aduerſitate proximi ex inuidia mortale eſt. Si cōtriſtatus eſt ex inuidia d bono ⁊ proſperitate proximi mortale eſt ſi adeſt rationis ꝯſenſus. De tractione vide ſupra pcepto octauo. Si dixit blaſphemiā in ſpiritumſanctū d qua habet Mat. xij. que non remittit nec ī hoc ſeculo nec in futuro qr cōmittit ex malicia. Et habet ſex ſpecies quarū prima eſt. Inuidentia fraterne gratie. Secunda Impugnatio veritatis agnite. ſcz cū

q̃s ꝯtradicit veritati fidei quaꝫ
nouit. Tercia p̄ſumptio de im
punitate cum ſcilicet quis pec-
cat aſſidue ⁊ tñ p̄ſumit dei pu-
nitionem euadere . Quarta eſt
obſtinatio mentis. ſ. in peccatis
cõmiſſis. Quinta deſperatio. ſ.
cũ quis credit deũ nolle vel nõ
poſſe ei parcere etiã penitenti.
vel nolle ſaluare eum, Sexta in
penitẽtia finalis. cuꝫ ſcilicet q̃s
firmiter ꝓponit non penitere
in futurum.

## De ira.

Ira que oritur ex in
uidia ſm Auguſ. eſt
vlciſcendi libido et
ex ſuo genere ē mor
tale peccatũ q2 ꝯtrariatur cha-
ritati que non irritatur nec co-
gitat malum. i. Cor. xiij. Et hoc
verũ quando eſt a volũtate de-
liberata. i. cum ꝯſenſu rationis.
⁊ habet filias ſex ſm Greg. ſcꝫ
Rixã. Tumorẽ mentis. Contu-
meliam. Clamorem. Indignati
onem. ⁊ Blaſphemiã de quibꝰ
ꝑ ordinem ſic interrogari poteſt
Si ꝓpter aliquã iniuriam dam
num illatum vel nocumentum
in ſe vel in ſuos cõmiſſum appe
tiuit deliberate vindictam ſeu
punitionem offenſoris quoquo
modo vel ꝑ ſe vel a deo vel ab
alio hac ſola intentiõe vt ſe vin
dicꝫ ⁊ ſatiſfaciat animo ſuo ira
to mortale eſt. Si vero ſit ſine
ꝯſenſu rationis vel q̃d minimũ
veniale eſt . vt quotidie accidit
curam familie gerentibus. ſi ex
ira rixam fecit cũ aliquo ꝑcutiẽ
do inuicem. nam ſi hoc fit ani-
mo nocendi vel iniuriandi ſeu
vindicandi in adultis mortale
eſt. ſecus ſi animo ſe defendẽdi
tantũ cum moderamine incul-
pate tutele. Si tumore mentis
inflatus varios modos ſe vin-
dicandi excogitauit ⁊ his mul-
tum mentem implicauit poteſt
eſſe mortale ⁊ veniale ſm ꝓceſ
ſum. Si dixit alteri verba contu-
meliosa animo iniuriandi dicẽ
do ei defectũ culpe. ſ. fur. adulter
homicida ⁊ huiuſmodi. vel de-
fectum pene. ſ. ruſtice ſerue con
tracte cece ⁊ ſimilia. hoc tamen
proprie dicitur conuitiũ vel de-
fectus indigentie. ſ. in properã-
do iniurioſe beneficiũ q̃d ei cõ-
tulit. Nam in his omĩbus mor
tale eſt. ſi ex liuore odij. ſ. cauſa
dehonorandi ⁊ vlciſcendi. ſecun
dum tho. ij. ij. q. lxxij. ar. ij. Si di
xit verba iniurioſa ſeu cõtume-
lioſa familie ſue diſcipulis vel ſi
bi ſubditis correctionis cauſa
non eſt peccatũ niſi excedat vt
niſi diceret aliquid vnde ſeque
retur eis infamia vel ſcandaluꝫ
vel ꝗ eſſet q̃d notabile falſum.
nã tũc eſſet mortale vel veniale
ſm exceſſuꝫ . Uerumtñ ſi ꝑlatꝰ
ſubdito pater filio vir, vxori ma
giſter diſcipulo dñs ſeruo dicit
verba ꝯtumelioſa ex correctõe

⁊ excedit modū ſm Aug. nō te-
netur petere veniā a talib⁹. lxxx
vi. di. Nū. ⁊ c. faciētis. Si vero
odio ⁊ liuore vindicte vel mul-
tum iniurioſe dicerent tenent
veniā petere ⁊ recōciliare leſuȝ
priuate vel publice ſm ꝙ cōtu-
melia illa fuerit ſm Rai. Si tñ
poſt ꝯtumeliā qui iniuriā rece-
pit domeſtice ⁊ familiariter cō-
uerſat cū eo qui ſibi ꝯtumeliaȝ
intulit cū ex hoc videat remiſiſ
ſe iniuriā ⁊ reconciliatū fore nō
tenet iniuriās veniā petere ſm
duran. in ſum. Si ex ira vocem
exaltauit ꝯtra aliquē inordina-
te clamādo ſeu ꝯfuſe ꝯtra eum
ꝯuitiando. peccauit pl⁹ ⁊ minuſ
ſm quantitateȝ exceſſus. Si ex
indignatione quā habuit erga
aliquē reputans ſe ab eo indebi
te iniuriatuȝ ſubtraxit ei ſigna
charitatis extrinſeca. ⁊ oſtēdit
ei ſigna expſſiua rancoris interi
oris mortaliter peccauit. q: cō-
tra charitatē egit. Nā vt dicūt
theologi ex iniurijs illatis quo-
quomodo tria ſolent oriri leſo.
Primum eſt rancor in affectu.
Secūdū rancoris ſignū in effe
ctu. Tertiū eſt actio ꝯtra iniuri
antem. Primū. ſ. rancorē quili-
bet tenet ſtatim dimittere etiā
ſi nō roget. Secundū tenet di-
mittere ⁊ veniā ꝯcedere veraci
ter eā petenti. i. parato emendare
ſm facultatē ſuā. Tertiū auteȝ
nō tenet dimittere niſi facta ſa
tiſfactione nec tenet de neceſſi
tate ſalutis ille cui irrogata eſt
iniuria querere amiciciā ſeu re-
conciliatōeȝ iniuriantiſ. ne ei ſit
occaſio mali. puta q: ex hoc in-
iuriãs ſupbiret vel audaciam
ſumeret talia faciendi niſi in ca
ſu. ſ. cū crederet ꝓbabiliter ꝙ ꝓ
pter hoc liberaret animā eiuſ a
mortali odio. Licet etiā iniuria
to ſubtrahere ſe ab ei⁹ familia-
ritate ꝓ maiori ſui pace ſed ei
loquelā omnino tenere ſiue ob-
uiādo ei alias diuertere aut cur
uo vultu euȝ reſpicere et hmōi
nunq̄ȝ licet q: ſunt indicia odij
mortalis. Si blaſphemauit ali-
quem animo deliberato nō bo
no fine ſed vt eueniret illi talis
blaſphemia in malum eius mor
tale eſt. Si vero ex ſubitu motu
ire non deliberate veniale eſt ſi
cut ꝯtingit quotidie parentibuſ
maledicere filijs. Si maledixit
creaturas irrationales. Nam ſi
fecit in deteſtationeȝ creatoris
vel in damnū domini earū mor
tale ē alias veniale. Si blaſphe
mauit animas parentū ſuorum
defunctorū vel etiā aliorū vide
tur mortale. Idem ſi ex ira ſeip-
ſuȝ maledixit. ſi blaſphemauit
dyabolū. ſi ꝑcialis fuit Guelfus
vel Gibilin⁹ ⁊ ita obſtinato ani
mo vel ꝑtiali ꝙ appetiuit dam-
nū exiliū vel exterminiū ꝯtrarie
ꝑtis ꝑ fas ⁊ nephas ꝑatus etiā
in his q̄ ſunt peccati ſequi ꝑteȝ

ſuā mortaliter peccauit ⁊ eſt in
ſtatu damnatōis. Et ſi verbo ſi
gno vel facto ꝑtialē ſe oſtendit
mortaliter peccauit.

De accidia.

Accidia q̄ ſm dama
ſcenū eſt triſticia ag
grauans animū ho
minis vt nihil ei age
re libeat. ex ira orit̄. ⁊ ſm genus
ſuū eſt mortale ſm tho. ſi eſt ex
rōis ꝯſenſu i his q̄ ꝓpter deum
cuilibet īminent facienda. puta
cū aliq̄s ꝯſentit in fugā horrorē
⁊ deteſtationē boni diuini car-
ne ꝯtra ſpūm omnino ꝑualente.
Si tn̄ eſt abſqꝫ rōis ꝯſenſu veni
ale eſt. ⁊ ſm Grego. xxxi. moral.
Accidia habet ſex filias. ſ. Ma
liciā. Rancorē. Puſillanitatem
Deſperatōez. Torporē. ⁊ men-
tis Vagationem. Ideo poterit
ſic interrogari. ſi ita ꝯtriſtat⁹ eſt
⁊ attediat⁹ ꝙ habuerit in horro
rē bona diuia ⁊ ſpūalia ſeu opa
virtuoſa ad q̄ tenet̄ ex dei p̄ce-
pto vel eccl'ie ſeu alteri⁹ ſui ſu-
perioris. Nā hoc eſt mortale ſi
affuerit ꝯſenſus rōnis. Si adeo
ꝯtriſtat⁹ eſt ꝙ nollet eſſe creat⁹
Nec mūdo natus vel eſſe ſicut
aīal irrōale vel vellet mori qua
litercunqꝫ ſiue bn̄ ſiue male pu
ta ꝙ exiret hinc. nā q̄olibet ho
rū ē mortale vt ſupra. ſi ita ꝯtri
ſtat⁹ eſt de aliquo caſu aduerſo
puta de morte amici ꝙ penitet
eū benefeciſſe vel ꝓponit āmo

do a bono deſiſtere mortale eſt
Si ꝯtriſtat⁹ eſt ex ꝯſideratione
bonorū q̄ habēt alij q̄b⁹ ipſe pri
uat⁹ eſt ⁊ ꝓpter hec dona ſibi a
deo data vilipendēs deuenit in
tediū bn̄ opandi mortale eſt ſi ē
ex ꝯſenſu rōis alias nō. ſi ita cō
triſtat⁹ eſt de aliquo caſu aduer
ſo ꝙ incurrerit ꝓpter hoc infir
mitatē ꝑdiderit ſomnū dimiſe-
rit cibū vel hmōi videt̄ mortale
ſi in hoc potuit ſe iuuare ⁊ no-
luit. in reliq̄s vero q̄ nō ſunt p̄ce
pti vl' etiā ſi ſint p̄cepti ſꝫ abſqꝫ
ꝯſenſu ratōis veniale eſt hmōi
triſticia. Si cōtempſit ſeu indi-
gnanter ſuſtinuit corrigentē eū
vl' ad bona ſpūalia inducere vo
lentē vt ꝓpter hoc eū odio ha-
beat mortale eſt. Si ſubtraxit
ſe ab his bonis q̄ de facili pote
rat opari timore deficiendi vt a
ieiunijs ⁊ hmōi cōiter eſt venia
le niſi alias teneretur. Si ſtetit
ocioſus nil boni opans ⁊ tp̄us
ꝑdens veniale videt̄ ſm ſe niſi
ocio addatur aliud vitiuꝫ quod
ſepe accidit. Si ex vagatōe mē-
tis fuit ſomnolentus diſtractus
⁊ inquietus in oratione predi-
catione ⁊ officijs diuinis vl' etiā
extra diuina cogitauit vana et
inutilia. hoc cōmuniter veniale
eſt niſi addatur aliud ſpeciale
peccatum vel ſi voluntarie ſeu
negligentia accurata euagetur
per totum officium ad q̄d tene
tur ex p̄cepto.

¶ De auaricia.

Auaritia que ſm tullium eſt inordinatuſ appetitus habendi. tripliciter cõmittit ſcȝ iniuſte acquirẽdo. tenaciter retinendo. ⁊ inordinate amãdo. ⁊ in his trib⁹ auaritia eſt peccatũ mortale. cũ ꝯtrariat charitati dei vl' ꝓximi vt ſi ꝓpter amorem diuitiarũ quis nõ vereatur facere ꝯtra amorẽ dei vl' ꝓximi vel cũ amor ⁊ appetit⁹ tꝑaliuȝ bonorũ eſt ita inordinat⁹ vt cõſtituat in eis vltim⁹ finis. alias eſt veniale ſm tho. ij. ij. q. xviij. ⁊ ſm Greg. xxxi. moral. Ex ea ſeptem peccata oriunt. ſ. Obduratio. inquietudo. violentia. fallacia. piuriũ. fraus. ⁊ ꝓditio. Sȝ qꝛ plura de ꝑtinentib⁹ ad auariciam tacta ſunt ſupra ꝓcepto ſeptimo ⁊ vlti. ⁊ infra c. ſe. de opibus miſericordie pauca que reſtant nec alibi poſita hic breuiter annotabo.

¶ Illicita acquiſitio.

¶ Si ex imoderato appetitu lucri hinc inde diſcurrẽs maioreȝ ſolicitudinẽ adhibuit circa temporalia qȝ ſaluti neceſſaria mortale eſt. Si ex auaritia ꝓdidit ciuitatem caſtruȝ ſiue terrã auferens ab eo cui⁹ ſunt ⁊ ꝓditorie alteri tradendo qui ibi ius non habet mortaliter peccauit. ⁊ tenetur de om̃ibus damnis inde ſecutis. Si tradidit dñm ſuum vel amicũ in manib⁹ inimici occidendum detinendũ vel impediendum a negocijs ſuis mortaliter peccauit ⁊ tenet ad omne intereſſe. Si pecunias vel alia bona dñi ſui vel amici procurat deuenire ad manus inimicoruȝ vel malicioſe ꝑducit eũ alicubi vt ſpolietur mortale eſt ⁊ tenetur vt ſupra. Si ſecreta domini vel amici ſui iniuſte reuelat peccat mortaliter. xxij. di. Nerui. ſecus ſi ſecreta iniqua ꝯiuratões vel tractatus ꝯtra rem publicã vel in aliorũ periculuȝ notabile ⁊ nocumentũ ꝓdidit ex charitate ſm Rich. in. iiij. di. xxi. Tho. Alex. ⁊ Sco. ibidẽ. Si non ſeruauit fidem ꝓmiſſam pacta et conuentões licitas mortaliter peccauit ⁊ tenetur ad intereſſe Nã etiã hoſti ſeruãda eſt fides duȝ ſeruat ab eo. xxiij. q. i. Noli. Si vera ſigilla corrupit vel ſigillum littere clauſe apperiendo fregit mortale eſt. ex. de fi. inſtru. Inter dilectos. ⁊ de offi. deleg. Cũ olim ſecundo. Ideȝ videtur ſi ſolũ legit litteras alteri⁹ clauſas niſi poneret ſpem in ratihabitione dirigẽtis vel eius cui dirigãtur. Si aliquid illicite ⁊ turpiter acquiſiuit. vt ꝑ ludũ taxillorũ cartarũ ⁊ huiuſmodi fortune ludos mortale eſt. ſi ex cupiditate luſit etiã ſi non ducat in conſuetudinẽ ſm. xx. ⁊ tenetur reſtituere vt infra. Nã talis lud⁹

ꝓhibitus eſt.ff.de alea.ꝑ totū i
auten.ꝺ ſan.epi.§.Interdicimꝰ
⁊ ex̄.de vi.⁊ ho.cle.Clerici offi-
cia.⁊.xxxv.di.Ep̄s.Si xͦo nō lu
ſit ex cupidine ſꝫ cā r̄creatōis ꝓ
eſculēto ⁊ poculēto tm̄ nͨ vltra
vnū ducatū etiā ſi ludēs fuerit
multū diues nͨ ludēs ſit clericꝰ
nec ludat̄ tp̄e luctꝰ nec ꝯ legē lu
dit.i.cū dolo nec ludere nolentē
ꝓuocet his oībꝰ ꝯcurrentibꝰ talꝭ
ludꝰ alee n̄ vid̄r ꝓhibitꝰ ſm̄ du
rā.in ſum.Cō.Ric.in.iiij.di.xv.
ar.iiij.q.viij.vbi dic̄ hec oīa req̄
ri i ludo ſcacoꝝ ad hͦ vt liceat
hoc excepto ꝙ ludꝰ ſcacoꝝ n̄ ē
etiā ꝓhibitꝰ clicis .Si tali ludo
aliq̄d acq̄ſiuit ab his q̄ alienare
n̄ pn̄t vt ſūt furioſi ꝓdigi mino
res duobꝰ ānis ⁊ p̄cipue pupilli
mēte capti ſurdi muti ceci ⁊ q̄
ꝑpetuo morbo laborāt ſui em-
pticij.qꝛ q̄dq̄d habēt eſt dn̄oꝝ.
Religioſi q̄ ⁊ ſi qua habeāt ad
vſuꝫ ſuū vel ꝑ admīſtratōeꝫ illa
tm̄ donare nō pn̄t ⁊ multo minꝰ
illicite alienare.ex̄.ꝺ dona.c.Ce
terū.Cō.Io.an.ꝺ of.vi.Cū i ge-
nerali.Clerici q̄ꝫtū ad reſ ecclie
xvi.q.i.Om̄ filijfamilias n̄ emā
cipati niſi peculiū caſtrēſe vꝉ q̄i
habeant.vxores niſi habeāt reſ
ꝓprias vt pafrenalia Qui igit̄
ab his ꝑ ludū acq̄ſierit reſtitue
re om̄ino tenet̄ tutoribꝰ curato
ribꝰ vel p̄latꝭ aut dn̄is eoꝝ ſm̄
oēs do.niſi forte ſit q̄d minimū
Si ludēdo vicit ꝑ fraudes puta
vtēdo falſis taxilliſ vel aliter de
cipiēdo r̄ſtituere tenet̄ ꝺ iur̄ di-
uino ei q̄ amiſit vel habēti curā
eiꝰ.ſm̄ tho.ij.ij.q.xxxij.ar.vij.Si
ei quē attraxit ad ludū ꝑ viꝫ vꝉ
nimiā iportunitatē aliq̄d vicit
ſiue attraxit i p̄ncipio ludi ſiue
i medio cū ille vellet ludū dimit
tere tenet̄ ei reſtituere ſm̄ tho.
vbi.s̄.Si acq̄ſiuit ſeu vicit ꝑ lu
dū alee vt viuit̄ ſub legibꝰ impi
alibꝰ vꝉ nuptialibꝰ ꝓhibentibuſ
hmōi ludū ⁊ mandātibꝰ qd̄ ꝑpoſ
ſit repeti qd̄ ꝑditū ē vt.s̄.⁊ ſer-
uant̄ quo ad vtrūqꝫ.tūc lꝫ circa
hoc ſint varie opi.doct.Azo tm̄
⁊ glo.⁊ arch.in.c.Ep̄ſ.xxxv.di.⁊
ex̄ ꝺ vi.⁊ ho.cle.Clerici officia.
dicūt ꝙ tali iur̄ durāte i ſuo ro
bore ſic acq̄ſitū ē ſimpliciter re
ſtituendū ei q̄ ꝑdidit.Cō.hoſti.
in ſum.ꝺ ꝑe.⁊ re.vbi dic̄ ꝙ fere
oēs doct.ſic tenēt hanc opi.te-
nēt etiā tho.⁊ Ric.in.iiij.di.xv.
Si xͦo acq̄ſiuit ſeu lucratꝰ ē in
hmōi ludis ſine fraude ab eo q̄
p̄t alienare ⁊ q̄ voluntarie luſit
⁊ i locis vbi hoīes legibus im-
perialibuſ non ſunt aſtricti nec
ibi ſint alie leges nuptiales.id ē
ſtatuta ꝑiformiter talē ludū ꝓ-
hibētia.vꝉ ſi ſint ꝑ diſuetudinē
abrogate ſūt ſic̄ hodie i talia fe
re vbiqꝫ abrogate ſunt leges im
ꝑiales ſm̄ ſco.in.iiij.di.xv.tūc n̄
tenet̄ reſtituere ei nec p̄t repeti
Nō tm̄ poteſt tale lucrū cū tuta
ꝯſciētia r̄tineri ſꝫ p̄t ⁊ dꝫ paupi
bꝰ erogari vt no.dn̄s an.ꝺ bu.in
c.Qꝛ pleriqꝫ.ꝺ imu.ec.Qd̄ aliq̄

ĩtelligūt eē ꝺ̄ neceſſitate p̄ceptiſ
Aliȷ̄ ꝟo ſolū ꝺ̄ honeſtate ꝯſiliȷ̄ ni
ſi forte q̄ʒtū ex ludo fact⁹ ē locu
pletior ⁊ ſibi remāſit ꝺ̄ lucro fa
cta cōpēſatōe ꝑditi ⁊ lucri. Pri
ma opīo ē ſecurior tō/ſꝑ ꝯſulēda
ē p̄ſ⁹tim q̄ʒtū ad id qꝺ̄ ſibi remā
ſit ꝺ̄ lucro vt p̄dixi ⁊ deinde alia
paulatī ⁊ ꝑ ĩterualla tꝑorū pro
ut meli⁹ poterit. Nō tñ ad hoc
cogend⁹ nec nollēti hoc facere.
q2 ñ credit ſibi neceſſariū ad ſa
lutē abſolutō denegāda ē ⁊ ſic
ꝺ̄ ꝯſuetudīe obuiat̄ ſm Jo.an.
in d.c. Clerici officia. Si attra-
ct⁹ ad ludū vicit ei q̇ attraxit eū
⁊ ĩ loco vbi ꝓhibit⁹ ē tal' ludus
vt.s. nō tenet̄ reſtitue illi q̇ ami
ſit q2 ñ ē dign⁹ recipe nō tñ ꝑt li
cite tenē tali iur̄ poſitiuo duran
te. ſʒ tenet̄ illō ĩ elemoſinas da-
re ſm tho.ij.ij.q.xxxij. Idē ꝯſule-
rē etiā tali iur̄ poſitiuo nō durā
te. vl' etiā ſi vicit vbi talis lud⁹
nō ē ꝓhibit⁹. Si ſuꝑ aliq̄ re vel
facto occurrēte aliqñ oppoſuit
ſe alteri⁹ opinioni affirmās ſic
vel ſic eē vel tale q̇d venturū fo
re infra certos dies ⁊ alio ꝯ̄triuʒ
aſſerēte ꝯueniūt inuicē vt ille cu
ius opīo ꝟa repiret̄.c. ducatos
ab altero lucraret̄ tale lucrū eſt
turpe [illegible]citū pcedēs ex auari
cia. ⁊ videt̄ h[illegible]militudinē ali-
quā ad ludū ex eo ꝙ ſubijcit̄ fu-
turo euētui nō tñ tenet̄ neceſſa
rio r̄ſtituere ſʒ dʒ de ꝯſilio pau-
perib⁹ erogari .ar.xiiij.q.v. Nō
ſane. Si q̄ſiuit lucrū ꝓ aliq̄ tur-
pitudine ꝑuta meritricio vltra
mortale peccatū lucrū dʒ pauꝑi
b⁹ erogari. nō tñ de neceſſitate
ſed de ꝯſilio ſm tho.ij.ij.q.xxxij.
Idē videt̄ de acq̇ſito ex adulte
rio ſm monal. in ſum. lʒ q̇dā di-
cāt ꝙ dʒ dari eis ĩ cui⁹ iniuriā
datū ē.i. marito ſi vxor ei⁹ adul
terū cōmiſit vel ecōtrario. ſed
primū veri⁹ edo. Si acq̇ſiuit ali
q̇d ꝑ torneamēta. lʒ mortaliter
peccauerit ⁊ dēat acq̇ſitum ero
gare pauꝑib⁹ ñ tñ ad hoc de ne
ceſſitate tenet̄ ſm Rich. in.iiij.
di.xxiiij ar.ij. Si diebus feſtiuis
lucrat⁹ ē ſcribēdo vel aliud ma-
nuale faciēdo. nā vltra peccatū
dʒ illud lucrū erogare pauꝑibuſ
vt quidā dicūt. ſʒ hoc videt̄ po-
ti⁹ de ꝯſilio q̄ʒ de p̄cepto. ſi tꝑe
meſſiū vel vindemiarū emit bla
dū vinū vel fruct⁹ vt alio tꝑe vē
dat chari⁹ nō exñs talis rei ne-
gociator nec vlla alia neceſſitate
vel vtilitate penſata ſʒ vt ꝯgre
get ita ꝙ ceteri cogantur ab eo
emere. ⁊ ipē poſſit ad libitū vē-
dere mor. pec. nō tñ tenet̄ hmōi
lucrū r̄ſtituere certis ꝑſonis ſed
dʒ pauꝑibuſ erogari ſm Rai. ſʒ
hoc verū ē de ꝯſilio ſm. ꝟꝟ. niſi
ex tali emptōe aliq̇ forēt dānifi
cati qꝺ̄ ꝓbabiliter extimari vi-
det̄ qñ notabilē q̄ʒtitatē reſpe-
ctu loci emiſſet. Idē de his qui
emūt monetas vel alias res vt
cariſtiā inducāt.

¶ Iniuſta retentio

¶ Si ſcienter ⁊ animo retinēdi

retinet ea q̄ rſtituere.tenet̄ mor
tale eſt. Si hn̄s ſupflua quo ad
ſuſtentatōez nature ipiꝰ ⁊ fami
lie ſue ⁊ n̄ ſubuenit.primo indi
gēti cui īminet.pbabilia ſigna
extreme neceſſitatis mortaliter
peccauit ſm Ri.in.iiij.d.xv. Si
hz ſupfluū quo ad naturā ⁊ de
centiā ſtatꝰ ſui ⁊ n̄ ſubuenit ha
bēte cōmunē indigētiā artaz et
extremaz nec diſponit alias eq̄
bn̄ diſpēſare bona ſua mortalr
peccauit.⁊ ſi nō pt oibꝰ ceteris
paribꝰ magꝪ indigētibꝰ ſubueni
re tenet̄ ſm eundē. Cō.ſco.ibi
dē ⁊ latiꝰ de hoc loquit̄. Si ali
as in q̇bꝰ potuit nō fuit libalis
erga paupes ⁊ indigētes vl ſub
uenire tardauit ſeu exaſperauit
eos vel etiaz nimis ſumptuoſa
ſeu delitioſa ſine vrgēti cā q̄ſtu
antibꝰ ⁊ male vtētibꝰ elemoſi
nas miniſtrauit peccatū veniale ē
Si ↄducēs opariū ī opꝰ vel mi
niſteriū q̄ͦcūq3 notabiliter puo
p̄cio ↄduxit vl mercedē opis ei
dare multū diſtulit cum potuit
ſeu d̄ ↄuēto p̄cio defalcauit aut
loco peccunie debite ſibi reſ de
dit q̄s oportuit eū vēdere cū p
dita ī oibꝰ his vltra peccatū te
net̄ ad oīne damnū qd̄ ptulit.

¶ Inordinata affectio. ¶

Si appetitu cōpleto appeti
uit alienū ita inordiate q̄ ſi fa
cultas adeſſet ope cōpleret etiā
cū dei offēſa mortale ē Si iuſte
acq̄ſita ita inordiate diligit vt
is inhereat.vt fini cuiꝰ ſignuz
eſt ſi ne ea pderet patꝰ ē facere
ↄtra dei vel eccl'ie p̄ceptū mor
tale ē cū pponat creaturā crea
tori alias veniale ē. Si pdigalr
expendit ſubſtantiā ſuā in edifi
ciis ſumptuoſiſ eq̄tatur ↄuiuiiſ
delicioſis ⁊ frequentibꝰ ornamē
tis ⁊ hmōi mortale eſt ſi fuerit
notabilis exceſſuſ vltra ↄditōez
ſtatꝰ ſui alias ī modico ē veniale

¶ Dicto de quinq3 peccatis ſpi
ritualibus nūc dicendū de duo
bus carnalibꝰ. Et p̄mo de gula. ¶

Gula q̄ ſm aug.eſt imo
derata cibi ⁊ potꝰ auidi
tas ex ſuo genere veniale ē. Et
ſm Greg.hz ſeptē filias.ſ. ſcur
rilitatē.multiloquiū.ineptā leti
ciā. Ebetudinē mentiſ.: immun
diciā. Caſtrimargiā.⁊ ebrietatē
⁊ peccat̄ p eā q̇nq3 modis ī hoc
v̄.ↄtemptis pre ppere.laute ni
mis ardenter ſtudioſe. De q̇bꝰ
ſic pt interrogari. Primo ſi ho
rā comededi ſine cā rōabili pre
uenit veniale ē.excepto in diebꝰ
ieiuniī p̄cepti tunc em̄ notabili
ter horā p̄uenire ſine cā morta
le ē.de cō.di.i.ſolēt. Cōcor. Ric.
in.iiij.di.xv.ar.iiij.q.viii. Si co
medit vl' bibit nimis laute exce
dēs menſuraz ſue cōplexionis ī
quātitate cibi ⁊ potus. Nā hoc
facit ppter appetitū veniale ē.
Si xo aduertēter ⁊ ex certa ſci
entia ſe nimiuz ingurgitat ſic̄ a
pleriſq3 fit in carniſpriuio mor
tale eſt.⁊ notat archi.in.c. Qua
drageſima diſt.iiij. Si nimis ar

denter ⁊ feſtinanter comedit ſi
hoc facit ſolo appetitu cibi ne-
ceſſarij licet habeat delectatōꝫ
⁊ voluptatē in cibo veniale eſt.
Sꝫ ſi ex hoc paratus eſſet tranſ-
gredi ꝓceptū dei vel eccleſie pu
ta abſqꝫ neceſſitate ſoluere ieiu
niū vel comedere carnes tpe ꝓ
hibito vt ſatiſfaceret gule dele-
ctatōi mortale ē. Nō eī vſus ci-
borū ſꝫ ꝯcupiſcētia ī vicio ē. Si
nimis ſtudioſe cibaria ⁊ vina ꝓ
cioſa q̄ſiuit ⁊ ꝓparauit vt cū va
rijs ſaporib⁹ ⁊ diuerſis mōis. nā
ſi circa hoc poſuit finē ſuū n̄ par
cēdo expēſis vltra ꝯditionē ſuā.
nec laborib⁹ aliorū vt ſatiſfacerꝫ
delectatōi gule mortale ē alias
veniale. Si ꝓpter gulā ſcienter
vſus eſt cibo notabiliter nociuo
exquo veriſimiliter credidit in-
currere magnā leſionem corꝑis
mortale videt̄. Si comedit car-
nes ī q̄dragesima vl̄ alijs ecclie
ieiunijſ. vl̄ ſextis ferijſ aut ſabba
to ꝑ totū annū nō vrgēte cā in-
firmitatꝭ vl̄ ꝯ̄ ꝯcilio medici pec
cauit mortaliter. ſi bibit vſqꝫ ad
ebrietatē aduertēſ nimietatē vl̄
potentiā vini ſufficiētē ad īebri
andū vl̄ ꝯ̄ hoc dubitās ꝓbabili
ter peccauit morta. ſm Tho. ij.
ij. q. cl. Idē ſi ebrietas ſit freq̄ns
vel aſſidua. xxv. di. Criminiſ. Si
induxit aduertēter aliquē vt ſe
inebriarꝫ ſolicitādo eū ad bibē-
dū vl̄ ponēdo ſal in vinū ad hūc
finē mortalr̄ peccauit. Si etiaꝫ
cā medicine corꝑalis inebriauit
aliquē vl̄ ꝑſuaſit ad hoc. morta
liter peccauit. ex ꝯ̄ pe. ⁊ re. cū in
firmitaſ. Si īduxit vl̄ ꝑſuaſit ali
quē vt abſqꝫ rōabili cā frāgeret
ieiuniū ecclie mortaliter pecca.
Si tabnas ſine rōabili cā vl̄ cō
uiuia diſſoluta frequentauit de
facili pōt eſſe mortale. Si ex ni-
mia repletōe ꝓrupit in v̄ba oci
oſa ⁊ ſcurrilia ſeu īania veniale
ē. Si habuit ineptā leticiā. i. la-
ſciuiā carnis demonſtrauit ī mē
te ꝑ geſta corꝑis extrinſeca īor-
dinata vt ſolꝫ fieri ī iocis ⁊ cho
reis q̄ ſꝑ ſunt cū mortali ī quin
qꝫ caſib⁹. Primo cū fiūt ex libi-
dine. Scdo cū fiunt in eccleſijs
⁊ locꝭ deodicatis q2 q̄ſi ſacrile-
giū eſt. Tertio cū fiūt a clericis
vel religioſis cū mulierib⁹ rōe
ſcādali. Quarto cū fiūt cū tan-
ta inani gloria qꝫ ibi ꝯſtituūt fi-
nis. Quīto qn̄ tales chorizātes
nō curāt de ſcandalo ꝓximi in
ductiuo etiā ad laſciuiaꝫ morta
lis culpe Adde ſm. xx. Chori
zantē de ꝯſuetudine. Licet non
faciat corrupta intentōe pecca
re mortaliter. Si ex nimia reple
tōe accidit ei in ſomnijs immū
dicia ſeu pollutio ꝓter intentōꝫ
veniale eſt. Si v̄o hac intentio
ne principaliter ſe repleuit vt. ſ.
hr̄et pollutioneꝫ ſiue ī ſomnis
ſiue ī vigilijs mortaliter pecca-
uit etiā ſi cā ſanitatꝭ fecerit. ꝓt
tn̄ pollutio ꝯtingere in vigilijs
abſqꝫ mortali ſi contingat ſine
ꝓcuratione preter voluntatem

## De luxuria.

Luxuria q̄ ex gula ſe-
pe orit̄ eſt inordinat⁹
appetit⁹ delectatōis
veneree ꝛ ex ſuo genere ē mor-
tale q꞉ ꝯtra illud p̄ceptū ē. Non
mechaberis. Ex. xx. ꝛ ſeptez mo
dis diſtinguit̄. Primus mod⁹
eſt cū ꝯcupiſcētia carnis ꝯſiſtit
ſolū in p̄mo motu ꝛ hoc ē veni-
ale. Secund⁹ ē cū ſequit̄ cōſen
ſus in delectationē lꝫ nō in op⁹
ſiue ad actū veniat ſiue non et
ſic iterū eſt mortale. Quart⁹ eſt
cū ꝯcupiſcētia tenet̄ nō ſolū cor
de ſꝫ etiā paſcit̄ viſu Mat. v. q̄
viderit ꝛc. ꝛ de his oībus dictū
eſt ſupra p̄cepto ſexto ꝛ nono. ꝛ
ſic hoc reſtat interrogare ſoluꝫ
de duob⁹ vltimis. ſcilicet de col
loquio laſciuo ꝛ tactu. Si quo-
quomodo verbis ꝛ colloquijs ꝛ
laſciuijs procurauit īducere mu
lierem ad quodcūqꝫ peccatum
carnale ſiue cautionib⁹ ſiue ali
ter mortaliter peccauit. Si lit-
teras ſcripſit miſit portauit vl̄
r̄cepit ꝓuocātes ad laſciuiā ad
uertēter morta. pecca. Si fecit
cātōes vl̄ ſonetos cantauit vl̄
legit ſeu audiuit cū delectatōe
hmōi v̄ba laſciuia turpia ꝛ īho
neſta ad ꝓuocādū ſe vl̄ alios ad
laſciuiā mortale eſt. Si recepit
enſeniū vl̄ miſit ex amore libidi
noſo mortal̄. pec. Si aſſociauit
aliquē quē nouit ire ad peccan
dū vl̄ turpiter agendum ſeu ad
faciēdū ſerenatas vl̄ matutina
tas morta. peccauit. Idē videt̄
ſi aſſociauit aliquas ml̄ieres ad
choreas ꝛ alia ſpectacl̄a illicita
ꝛ ꝓhibita. Si fuit mediator in-
ter aliquos ad hmōi turpia cō-
plēda. vel poſuit aliquos medi
atores īter ſe ꝛ alios ī hmōi tur
pib⁹ morta. pec. Si oſculat⁹ ē vl̄
āplexat⁹ vl̄ alias tetigit aliquā
ml̄ierē n̄ ſuā vl̄ etiā maſculū cū
libidīoſa delectatōe morta. pec.
etiā ſi n̄ ꝓſeq̄t̄ vlterius ad actū
turpē ſ̄m tho. ij. ij. q. cliiij. Cō. in
oīb⁹ p̄dictꝫ oēs theo. nā exquo
ꝯſenſus ī delectatōez carnalē ē
peccatū mor. ſeq̄tur q꞉ q̄cq̄d hō
agit ex ꝯſenſu tal̄ d̄lectatōis ad
hoc vt eā nutriat vel teneat vt
ſunt aſpect⁹ tact⁹ āplex⁹ ꝛ libi-
dinoſa oſcula. vl̄ q̄cq̄d eſt hmōi
totū eſt peccatū mor. Et ſi vno
tp̄e ꝯtinent̄ h̄ntur ꝓ vno pecca
to ſolū ſꝫ tāto ḡuiuſ q̄ꝫto plura
hmōi occurrūt. ſi v̄o diuerſis tē
porib⁹ vl̄ īteruallis fiāt ſunt di-
uerſa p̄ctā iō ī hmōi īterrogan-
dū ē ſingillatiꝫ de neceſſarijs cir
cumſtantijs. ſ. vbi cōmiſſum eſt
peccatū quādo quotiens.

## De. vij. opib⁹ mīe ſp̄ūalib⁹ q̄ in hoc verſu ꝯtinent̄.

Conſole. caſtiga. ſolare. re
mitte. fer. ora. ſi cōſulit et
docuit ignorantē p̄cipue ad ſa-
lutē neceſſaria vt p̄cepta dei et
eccl̄ie. articl̄os fidei ꝛ hmōi. nā
ad hoc teneri vid̄r ſaltē quo ad
familiā ſuā q̄ꝫtum p̄t bono mō
Si ipe p̄dicta neglexit adiſcere

⁊ ad p̄dicatõez ire p̄cipue ex̄n̄s
ideota mor. vid̄r. nā taliū igno-
rātia neminē excuſat. i. q. iiij. §.
notādū. Si fuit negligēs ad cor-
rectõz f̄r̄naz cū teneret̄. ſ. d̄ pec-
cato occulto mor. ⁊ ſp̄aret inde
emēdatõez fratris. Nā eo caſu
omittēdo eā oīno mor. peccauit
Sec⁹ autē ſi tardauit ꝑ maiori
oportūitate Si ñ ſuauit ordīez
euāgelicū ī fraterna correctõne
aut corrigēdo nimis aſp̄e vel lo
co et tp̄e indebito p̄t eē morta
le ⁊ veniale iux̄ exceſſuȝ. Si tp̄e
īfirmitat̄ neglexit ꝓcurare ſibi
⁊ familie ſue ſacramēta eccleſie.
⁊ ſi q̄s abſqȝ eis ex ſua negligē-
tia vl̄ dilatõe defunct⁹ ē p̄cipue
ꝑles ſine bap̄mo mortale videt̄
ſi fuit dur⁹ ⁊ tard⁹ īiurias r̄mit
tere qñ debuit vide. s̄. Jra. Si
q̄ꝫtū licuit tolerauit malos ⁊ p̄
ſeq̄ntes natura ⁊ ꝯditõe rudes.
morib⁹ ⁊ ꝯuerſatõe inſolentes.
Nā ī hoc ꝯſiſtit oīs p̄fectio Ja
cobi. i. Si orauit ꝓ ſalute oīm
ꝑut tenet̄. nā q̄libȝ de neceſſita
te dȝ orare p̄mo ꝓ ſalute ꝓpria
ſm Criſo. ſc̄do ꝓ iuſt̄ vt in dei
grā p̄ſeuerēt ⁊ ſaluent̄. Ja. i. ora
te ꝓ inuicē vt ſaluemini. tertio
ꝓ pctõrib⁹ etiā inimicis ꝓp̄ūs
vt ꝯuertāt̄. nā q̄libȝ in cõi ſaltē
tenet̄ orare ꝓ īimic̄. Mat. vij.
alias q̄ excluderet eos a cõi ora
tõe mor. peccaret ſm doc. quar
to ꝓ defunct̄ q̄ ſunt ī purgato
rio vt a penis citi⁹ liberentur ⁊
cū beatis viſione diuina fruan-
tur. ij. Mach. xij. ¶

¶ De. vij. opib⁹ mīe corp̄alibus
q̄ in hoc verſu ꝯtinētur.

Viſito poto cibo r̄dimo te
go colligo ꝯdo. Pro horū
d̄claratõe ſciēdū q̄ h⁹ mīe op̄a
ſunt oīb⁹ tāq̄ȝ obligatoria ⁊ ca
dūt ſub p̄cepto de dilectõe ꝓxi
mi. ad cui⁹ p̄cepti dilectõez ꝑti-
nēt vt nõ diligam⁹ tm̄ v̄bo neq̄
lingua ſȝ op̄e ⁊ v̄itate pe. Jo.
iij. ⁊ q̄ vnuſq̄ſq̄ alteri faciat ſi-
bi q̄ ab altero vult fieri. mat. iij
q̄cunq̄ vultis ⁊c̄. Sȝ qm̄ hoc p̄
ceptū ē affirmatiuū iõ lȝ obligȝ
ſp̄ ñ tm̄ ad ſp̄ ſȝ ꝓ loco ⁊ tp̄e iux̄
q̄ exigit rõ ⁊ ordo charitatis q̄
vult q̄ exponat̄ corp⁹ ꝓ aīa ꝓ-
ximi ⁊ ſba ꝓ eius ſalute corp̄ali
Poterit ergo ſic īterrogari. pri
mo ſi expoſuit corp⁹ ꝓ aīa ꝓxi-
mi ex̄n̄tis ī p̄iculo dānatõis exē
pli grā cū ſeduceretur a fide ab
hēticis ſeu īfidelib⁹ ſi potuit eū
a tali p̄iculo libare ſine p̄iculo ꝓ
p̄rie aīe licet cū p̄iculo ꝓp̄e vite
corp̄al̄ ⁊ ñ fecit mor. peccauit ſȝ
tho. ⁊ alioſ doc. Si aliq̄ñ ſciuēit
aliquē ī extrema neceſſitate po
ſitū ab oīb⁹ d̄relictū dolore ſiti
re clamare ā̄xiari auxiliū poſtu-
lare ⁊ a nemīe ſubueniri vt ſepe
ſolȝ euenire tp̄e peſt̄ ꝓpter qd̄
ip̄e mēte fragil̄ ī tāta anxietate
poſit⁹ ⁊ deſp̄at⁹ īpatiēter tole-
rat. Nā hoc caſu cū v̄iſit̄r nõ tm̄
d̄ corp̄e ſȝ etiā d̄ ei⁹ aīa dubitet̄
q̄libȝ talē hoīez derelinq̄ns nec
ſubueniēs etiā ſi tal̄ eſſet ſuus

inimic⁹ capital' homicida ē.lxxx
vi.di.paſce.ꝛ mor.peccat cū nō
diligat ꝓximū ſuū ſic ſeipm̄. Si
ſciuerit vl' vidērit aliquē in extre
ma īfirmitate corꝑali degētem
ab oib⁹ derelictū n̄ tm̄ deſꝑatū ꝛ
n̄ ei ſuccurrērit ore dl'citer ꝯſolā-
do ꝛ corꝑe obſequiū q̄ʒtū potu
it preſtādo mor.peccauit.etiā ſi
tal' fuērit īimic⁹ capital' ꝓut mi-
ſtice exo.xxiij.ꝑceptū ē. Si vide
ris aſinū odientis te.i.corp⁹ ini
mici tui iacē ſub onere.ſ.īfirmi-
tat' n̄ ꝑtrāſibis ſʒ ſubleuabiſ cū
eo. ¶ Quo ad ſubſtantiā.

¶ Scd̄o ſi cū potuit ꝛ nō viſita
uit īfirmos vl' tribulatos ſubue
niēdo eis tꝑalib⁹ ſubſidijs vl' ꝓ
uidēdo eis d' medic' ꝛ medicis
cū īdigerēt. Nā ad hoc tenet' q̄
lib₃ ꝓ poſſe iux̄ modū ħ inferi⁹
ānotatū Et q̄ de ſb̄a nō p̄t ſub-
uenire ſtudeat vel dulcib⁹ vbis
eos ꝯſulari. Nā q̄nq₃ meli⁹ ē v-
bū q̄ʒ datuʒ Ecci.xviij.ſi paupi
eſuriēti ꝛ ſitiēti cibū ꝛ potū mi
ſtrauit.nā adhoc tenet' q̄lib₃ cū
p̄t ſi tal' pauꝑ foret ei⁹ inimic⁹.
Ro.xij.ſi eſurit īimic⁹ tu⁹ciba il
lū.ſi ſitit potū da illi.ꝛ Eſa.lviij
ꝑcipit'. Frāge eſuriēti panē tuū
ꝛ noīe panis ītelligit' oīs cibus
Sʒ ſigficāter dic' tuū nō alienū
q2 elemoſinā d' alteri⁹ ſb̄a facē
nil alīd ē q̄ʒ pctm̄ pctō addere ꝛ
deū ad d'teriora ꝓuocaē ꝓuer'.
Qd̄ tm̄ n̄ attēdūt mlti q̄ potiuſ
ſinūt res ī domo putreſcere q̄ʒ
velit egenis diſpēſare. Si nuduʒ
cū potuit veſtīmto cooꝑuit.naʒ
luc.iij d'r Qui hʒ duas tunicas
det vnā n̄ hn̄ti ſm̄ hiero.ꝑ vna
tunica ītelligit' veſtīmtū qd̄ eſt
hn̄ti ꝛ eius familie neceſſariū ꝑ
alia vo tunica ītelligunt' cetera
q̄ ſibi ꝛ ei⁹ familie ſunt ſupflua.
Et de his ꝑcipit' Eſa.lviij.pau-
perē nudū veſtiri ibi.cū videris
nudū opi eū ꝛ carnē tuā ne de-
ſperer'.qd̄ ꝑceptū male ſuant q̄
mltiplices veſtes ꝛ mltiphariaſ
ſericas ꝑcioſas tenēt ī ſcrineis
clauſas n̄c curant ſi pauꝑes lace
rat' veſtib⁹ frigore cruciēt' ꝯtra
quos clamat btūs Am.xlvij.di.
ſicut. Nudorū eſt veſtimētū qd̄
tu ſcludis ꝛ tunica quā ī ꝯclaui
ꝯſuaſti. Si ꝑegrinos ī domū ꝓpā
hoſpicio collegit Nā ad hoc mlt'
tiplicit' īducimur exēplo ſctōꝝ
Gen.xix. Iob.xxxi.proinde apl's
heb.xiij.ait. Hoſpitalitatē noli
te obliuiſci.q2 tm̄ hodie mlti tru
tani ceretani latrūculi diſcurr̄t
aimaduertēdū ē diligēter ne qn̄
q₃ ſcipiat' hoſpicio lup⁹ ꝓ agno
ꝛ ꝓ ꝑegrino fur vel latro q̄nā vt
inq̄t hiero.nō mīoris criminiſ ē
poſſe decipi q̄ʒ decipe. Si capti-
uos ꝛ ꝓ debit' carceratos īopeſ
ſdemit magnū ē op⁹ mīe.xij.q.ij
cū redēptor.ꝛ ꝑcipue cū īiuſte ꝛ
ſine clpa ſtinēt'.ꝯ mltos crude-
les exactores q̄ cū n̄ pn̄t ꝓpter
īopiā debitorū ſuorū ſua d'bita
exigē.delectāt' eorū cruciatu et
corꝑali afflictōe eos etiā ꝓ mi-
nimo ī carcerib⁹ tenētes ꝛ oib⁹

ſuis ſpoliātes qđ ē valđ deteſta
blie ⁊ ḡue pctīn.nᶠ lȝ q̄cunqȝ cā
debitori īopi auferre veſtimēta
a dorſo ſeu a lecto a q̄bꝰ neceſſa
rio ipe vtitꝰ ⁊ vxor ⁊ filij eiꝰ exo.
xxij.nec ꝯ hoc valȝ vlla lex vl' cō
ſuetudo qꝛ foret ꝯtra legeȝ dei.
Facit ad hoc ex̄ d̄ſolutionibus
Odoardꝰ.⁊ ibi ꝑ doc.Si ſepul
turā mortuiſ exhibuit ꝑcipue cū
nemo aliꝰ adeēt q̄ hoc facēt vt
q̄n̄qȝ ſolȝ ꝯtingere tpe peſtꝭ.Nā
⁊ hoc numerat̄ inter opa mīe
Nūc āt vt ſciat̄ qn̄ q̄ſ ex ꝑcepto
teneat̄ ſubueīre ⁊ elemoſinā fa
cere īdigēti duo ꝯſiderāda ſunt
.ſ.facultas hn̄tis.⁊ miſeria indi-
gentꝭ.Si igit̄ q̄s hȝ aliquid ſup
fluū vltra id qđ ē neceſſariū ſu-
ſtentatōi nature ꝓpe ac familie
ſue ⁊ n̄ ſbuenit exn̄ti ī extrema
neceſſitate.ſ.qn̄ apperēt ꝓbabi
liter ſiḡ extrema neceſſitatis fu
ture ⁊ hoc ipſe nouit mor.pec-
cat ſm tho.Ri.⁊ durā.i.iiij.di.
xv.⁊ Heinri.in q̄đli.De neceſſa
rio vō ad ſuſtētatōeȝ nature ꝓ
ꝓe ⁊ familie ſue.ſ.ſine quo n̄ ꝑt
viuē ipe ⁊ ipſiꝰ familia nemo te
net̄ elemoſinā facē ſm tho.Ri.
⁊ durā.vbi.s̄.qꝛ eēt ꝯtra ordinē
charitatꝭ ⁊ ꝯſequenter peccatū
niſi q̄s daret alicui ꝑſone vtilio
ri eccl'ie vel reipublice q̄ȝ ſe vel
familiā ſuam.Et iō ſubtrahit ſi
bi de neceſſario vite vt illiꝰ vitā
ꝯſeruet Ad hoc tn̄ nō tenet̄ ex
ꝑcepto.Si q̄s hȝ aliq̄d ſupfluū
nature ſuſtentationi neceſſariū

tamen decētie ſtatus de tali ne
ceſſario tenetur ex precepto da
re elemoſinam ⁊ ſubuenire pro
ximo non tantum exiſtenti in ex
trema neceſſitate.ſed etiaȝ exi-
ſtenti in arta ſi immineat ſigna
ꝓbabiliter extreme egeſtatis.
vt videt̄ innuere illud.i.Joh.iij.
Qui habuerit ſubſtantiā huiuſ
ſeculi ⁊ viderit fratrem ſuuȝ ne
ceſſitateȝ habere ⁊ clauſerit vi
ſcera ſua ab eo quomodo chari
tas dei manet in illo.qđ videt̄
ſonare non ſolum de extrema.
ſed etiā de notabili ⁊ verecūda
neceſſitate.ꝓinde Luc̄.xi.dicit̄
Qđ ſupeſt date elemoſinam.⁊
hoc tenet Rich.⁊ duran.ſecun-
dum Tho.ij.ij.q.xxxij.dicit hoc
eſſe non de precepto ſed de cō-
ſilio cuiꝰ dictum non videtur
bene tutum.ſed poſſet forte ſal
uari quando darȝ elemoſinam
de tali neceſſario condecentie
proprij ſtatus propter eius ca-
rentiam cederet ei ad magnum
damnum ⁊ periculum corporis
⁊ aīe.Si habet aliq̄d ſupfluuȝ
vtriqȝ neceſſitati.ſ.nature ⁊ ꝓ-
prij ſtatꝰ ꝯdecētie ⁊ nō ſubuenit
magnas neceſſitates ⁊ miſeriaſ
patiētibuſ ⁊ ſi nō extremas nec
multū artas ſibi notas ſm du-
ran.peccatum eſt.

De interrogatōibꝰ ꝑtinētibꝰ ſpeāliter ad ſtatū.officiū.vl' ꝯdi tionē cuiuſlibȝ ꝯfitētis.Ti.iiij. Et ꝑmo ab īpuberibꝰ ⁊ puberi bꝰ vtriuſqȝ ſexꝰ.Capitulū ꝑmū.

Hic notandū ꝓ intel
ligentia dicendoꝝ
ī hoc capitulo ꝙ taȝ
puer q̄ȝ puella poſ
ſunt peccare mortaliter a ſeptē
nio ſupra cū tunc ſint doli capa
ces. vt notant doct. ex̄ de delic.
pue. c. i. Hic ergo īterrogari pt̄
de infraſcriptis non tn̄ quilibet
de oīībus; ſed ꝓut etas ſexus
vel ꝯfitentis ꝯditio requiſierit.
Primo ſi ſcit formā confitēdi
ſcȝ ꝯfiteor deo oīīpotenti ⁊c.
Pater noſter. Aue maria. decē
p̄cepta decalogi ⁊ ſimbolū apo
ſtolorū ⁊ credit ea que in eo cō
tinentur ⁊ ſi neſcit doceat ea vl̄
ſaltem iniungat ꝙ adiſcat. De
inde dilecto ꝯfiteor vt ſupra. cō
feſſor īterroget eū a quāto tē
pore citra nō eſt ꝯfeſſus ⁊ ſi cō
feſſus eſt integre ſingulis annis
ſicut tenet̄ quilibet a ſeptennio
ſupra ⁊ ſi fecit penitentiam ſibi
iniunctā. deinde inducat euȝ ad
ꝯfitendum ꝑ ſeipm̄ oīīa pecca
ta ſua que recolit cōmiſiſſe a cō
feſſione p̄cedēti citra quo facto
ꝯfeſſor ſupplendo qd̄ omiſit in
terroget. Si audiuit miſſaȝ in
tegrā in feſtis p̄ceptis ſicut te
netur de con. di. i. Omnes. ⁊ c.
Miſſas. et ſi ibi ſtetit honeſte
reuerenter ⁊ ſine ſtrepitu ſicut
decet. Si tn̄ prohibitus eſſet a
ſuperiore ſuo vt a patre vel ma
tre vt ſepe ꝯtingit puellis nubi
libus excuſat̄ a peccato ex quo

per eum nō remāſit. ſed qui eū
vel eā ſine rationabili cauſa pro
hibuit mortaliter peccauit. Si
ad p̄dicationes ⁊ diuina officia
cum potuit libenter perrexit. et
ſi nō inducat̄ in futurū quantuȝ
eſt poſſibile q2 nil p̄t talibus vti
lius ſuaderi. Si tempus feſtiuſ fe
re totum occupauit in ludis io
cis ⁊ vanis. quia peccatum eſt ⁊
cōtra doctrinā apoſtoli. coll. iij.
Si placitauit in eccleſijs ⁊ lociſ
ſacris vel ibi aliquid inhoneſte
egit q2 ꝓhibitū eſt. d̄ immu. ec.
decet. li. vi. ⁊ in cle. Graui. de ce
le. miſ. ſi excōicatus fuit puta q2
ꝑcuſſit clericum. Nam ſi hoc fe
cit animo irato vel iniuriandi
a ſeptennio ſupra excōmunica
tus eſt. ex̄. e. c. i. vł ſi iniuria leuis
eſt ⁊ modica poterit abſolui ab
epiſcopo ſuo. ex̄. e. ꝑuenit. Et ſi
militer ſi fuerit grauis. ſed an
te pubertatem. etiaȝ ſi poſt pu
bertatem de hoc poſtulet abſol
ui. ex̄. e. c. ſi. Si vero fuit grauis
vel enormis ⁊ poſt pubertateȝ
⁊ qui ꝑcuſſit eſt maſculus abſo
lutio pape reſeruat̄. Si vero fe
mina percuſſerit abſolui pote
rit ab epiſcopo indiſtincte ex̄. e.
Mulieres. ⁊ c. ea noſcitur. ⁊ c.
quāuis. ſi ſcienter participauit
cum excōmunicatis. quia ſi par
ticipauit in crimine vel poſtq̄ȝ
monitus fuit ne participaret
vel ꝑticipauit in ſacramentiſ
ſeu diuinis vel etiā in ꝯtemptū

eccl'ie diſcipline mortaliter pec
cauit vt notat Thomas ⁊ Ri
chardus in quarto diſtinctione
xviij. alias participatio ſimplex
eſt veniale vel nullum pecca-
tum in multis caſibus. Sup his
tñ quedã innouata ſunt p ↄciliu-
um baſili. vide in ſupplemento.
Cleric⁹. iij. in fi. ſi fuit aliquãdo
excõicat⁹ a iudice puta p cõtu-
macia furto damno infecto et
hmõi. Naz regulariter abſolui
oportz ab excõicatore facta pri
us ſatiſfactõe ſi pt. Si ingreſſus
eſt aliqḋ monaſteriũ ſciens eſſe
phibitũ ⁊ ingrediẽtes eſſe excõ
municatos. nã talis nõ poterit
abſolui niſi de autoritate epi ſi
monaſteriũ eſt ſub ei⁹ cura. Si
vero monaſteriũ eſt ordinis ſan
cte clare abſolutio reſeruat̃ pa-
pe. ſi eſt ordinis pdicatorũ reqri
tur autoritas generalis eiuſdez
ordinis. ſi vero ignorãter intra-
uit ⁊ nõ mala intentõe videtur
excuſari nec fuerit ignorantia
craſſa vel ſupina. de ↄſtitutõib⁹
vt animarũ. li. vi. Sz ſi intrauit
cauſa male agendi licet habue-
rit iuſtã cauſam ignorãdi credo
qḋ incidit ſm pe. de palu. Si iu
rauit piurauit vel ſciẽter mẽti-
ri ↄſueuit vide ſupra pcepto. ij.
⁊. viij. Si blaſphemauit deũ ſan
ctos vel aliã creaturã. Nã hoc
etiã in impubere pt eſſe morta
le vt dicit Greg. in. iiij. dyalogo

rum. Si vouit votũ abſtinentie
⁊ pegrinatõnis ⁊ hmõi. de hoc
habet̃ ſupra pcepto. ij. Si quis
votum ↄtinentie vel religionis
emiſit ante annos pubertatis
licet ſi habet vſuz rõis quantuz
eſt in ſe obliget̃ ex voto ſuo po-
terit tñ reuocari a patre vel tu
tore. ſi vero annos pubertatis
excedat obligat̃ nec poterit re-
uocari ſm tho. ij. ij. q. vl. Idẽ di
co ſi puber ſponte intrat mona
ſteriũ q2 nõ poterit exire. xx. q. i.
ſicut etiã q. ij. puella. Si vo im-
pubes intrat p ſe et autoritate
ppria poteſt extrahi a parẽtib⁹
vel tutore. dicto capitulo. puel-
la. ⁊ ſi pater ⁊ mater diſcrepa-
rent in voluntate ⁊ vnus vellet
reuocare alter nõ quid agendũ
ſit vide dñm An. de bu. plene i
c. ſi quis de regula. Si vero ab
alio ponit̃ in monaſterio ⁊ ipſe
nõ ↄſentit pt egredi qñ voluerit
xx. q. i. puelle. ⁊. q. iij. c. preſens ſi
vero conſentit nec ipſe pt exire
nec pentes reuocare ante etatẽ
legitimã quia qḋ ſemel placuit
amplius diſplicere nõ põt. Sed
qзcito peruenerit ad legitimaz
etatem poteſt egredi. d. c. pſens
⁊ extra de regula. cum ſimus. ni
ſi faciat pfeſſionem tacitã vel
expſſam de regula. capitulo pri
mo libro ſexto. hec oĩa notat
glo. xx. queſtione. i. in principio.
⁊ dominus An. de bu. vbi ſupra

Si alias quoquomodo ſit reli-
gioni obligat⁹ ꝓfeſſionē tacitā
vel expreſſam in genere vel in
ſpecie. vide hic infra. e. ti. c. ij. Si
parentes honorauit ⁊ in eorū
neceſſitatib⁹ ſeu infirmitatibuſ
ſeruiuit ⁊ ſubuenit p̄cipue cum
ipſe lucroſus foret ⁊ ipſi indige
rent. nam ad hoc tenet̄ vide ſu
pra p̄cepto. iiij. Si parentibus
obediuit. nam ſm̄ Alex. de hal.
in. iij. parte ſu. ſuper. iiij. p̄cepto.
filius tenetur obedire patri in
omnibus ꝓbabiliter ꝑtinentib⁹
ad neceſſitatem vel vtilitatem
rei familiaris ⁊ diſciplinam bo
norum morum. ſ. ad ſalutem ne
ceſſariorum. In ceteris nō tene
tur ⁊ ſic intelligitur illud coll. iij
Filij obedite parentib⁹ veſtris
per omnia. Si fuit inobediens
⁊ contumax preceptori ſeu ma
giſtro ſuo vel alias fuit in ſcolis
inſolens rixoſus ⁊ contumelio-
ſus erga magiſtrum vel ſocios
poteſt eē mortale ⁊ veniale ſm
quantitatem exceſſus. Si fuit
ſuperbuſ ⁊ malicioſus ⁊ ideo cō
tempſit correctiones magiſtri
vel maiorum vt hodie faciunt
multi. ſi fuit malorum reporta-
tor contra illud eccli. xix. audiſti
verbum aduerſus proximum tu
um moriatur apud te. ſi detra-
xit ſeu detractores libenter au
diuit vide ſupra precepto. viij. ſi
inuidus ⁊ guloſus ſeu in victu
inordinatus fuit ſupra gula. Si
iocoſe aliquādo importune mo
leſtauit aliquem lapides niuem
⁊ huiuſmodi proijciendo. Nam
tales ludi non ſunt ſine culpa et
periculo extra de homic. exhibi
ta. Si ſtuduit ſcientijs prohibi-
tis vel libris illicitis ⁊ inhone-
ſtis ⁊ quibus. Si luſit ad carti-
cellas aleas ⁊ huiuſmodi fortu-
ne ludos vide ſupra Auaricia.
Si percuſſit vel vulnerauit ali-
quem aut quoquomodo a caſu
aut voluntarie occidit de hoc
vide ſupra precepto quinto ſi ſe
metipſum mortis ꝑiculo teme-
re expoſuit puta natando in lo-
cis periculoſis cum natare ſci-
ret vel equitando ſeu currere
faciendo equos prauos et hu-
iuſmodi mortale videtur Si ali
quando furtum fecit ſeu bona
parentum aut fratrum ſuorum
occulte diſtraxit ſeu alias dila-
pidauit ⁊ male conſumpſit nā
ſi eſt quid notabile quod abſtu
lit mortaliter peccauit ⁊ eis ad
reſtitutionem tenetur. Niſi pa-
ter ei remitteret. Si aliquan-
do abſtulit fructus. precipue in
magna quantitate in agris vi-
neis ſeu pomerijs aliorum con-
tra eorum voluntatem. Aut ali
as propter huiuſmodi auferen-
dos damnum intulit notabile
puta ſpem frangendo ⁊ hmōi.
Nā furtū cōmiſit ⁊ mortaliter

peccauit ⁊ ad reſtitutõez tenet
Hec⁹ ſi quid modici valoris ab
ſtulit. nec animo damnificandi
ſm Tho. Si venator extitit et
expoſuit ſe piculo mortis vl' ma
gnum tempus feſti in hoc expē
dit ſeu ſata aliorum deuaſtauit
poteſt eſſe mortale ⁊ tenet ad
reſtitutionē. ſi eſt quid notabile
niſi ꝓbabiliter crederet illos p-
miſſuros. Si quoquomodo car
naliter peccauit p ſeipm aut cū
alijs maribus vel feminis ⁊ quō
Nā in hoc etas anticipat ex de
pon. impu. c. d illis. In hmōi tñ
⁊ in ſe. cōfeſſor prudenter ſe ha-
beat ne innocēs qđ ignorat edi
ſcat. nec tñ oculis clauſis ptran
ſeat cum in his hec etas ſoleat
multipliciter inuolui. Si cū me
retrice peccauit publica vel nō
publica mortaliter ſemp pecca
uit. xxxij. q. iiij. meretrices. Si cō
cubinā tenuit vel tenet. ⁊ ſi pu-
blice vel occulte ſemp eſt in pec
cato mortali. ideo nō eſt abſol-
uendus niſi prius eam licentiet
penit⁹ ab eo. Si fuit aliqñ phi-
locaptus de aliqua muliere nu-
bili ꝯiugata ſeu vidua vel ꝺ plu
ribus aut quāto tpe ⁊ ſi ꝓſecu-
tus eſt eā p plateas ſepi⁹ habi-
tationem eius circūiendo. Naȝ
ſine eius ſcandalo ⁊ aliorū mor-
taliter peccauit totiēs quotiēs
hoc fecit. Si in eccleſijs quaſi p
plateas poſt eā deambulando
impudice reſpexit ſeu alias acti
tauit publice. ⁊ pcipue tpe miſ-
ſaruȝ ⁊ diuinorū officiorū qđ ce
dit ad maximū dei ꝯtemptum
mortaliter peccauit vt ſup. Si
eam verbis litteris aut nuncijs
ſeu policitatōibus ad ei⁹ cōſen-
ſuȝ induxit mortaliter peccauit
vt ſupra. Si nocturnis ſiue diur
nis temporib⁹ ſolū vel comita-
tus ſine armis vel cū armis cō-
tra ꝓhibitioneȝ dñorum iuit ⁊
hac intentōe fecit ſenatas cum
ſono vel cantu ⁊ cū ſcandalo ei⁹
vel aliorū mortaliter peccauit
vt ſupra. Si aliqñ ꝓpter hoc cō
cepit odiū erga aliquē qui ean-
dem diligeret ⁊ ſolicitaret quā
⁊ ipe ⁊ ſi queſiuit ipm offendere
⁊ qualiter mortaliter peccauit
vt ſupra. Si hac de cauſa picu-
lo mortis ſe vel aliū aliqñ expo
ſuit eundo p loca piculoſa. aut ſi
repertus fuiſſet de facili occiſus
fuiſſem. Et forte etiam occaſio
mortis mulieris extitiſſet morta
liter peccauit vt ſupra. Si aliqñ
cū ea de impudicis colloquium
habuit caſtas honeſtas ⁊ religi
oſas pſonas deteſtando. aut eti
am ei⁹ virū ſibi exoſum reddere
ſtudēdo mortaliter peccauit vt
ſupra. Si vt eā ad peccatū car-
nis inclinaret ſe falſo iactauit
vl' etiā vere ſe aliquā carnaliter
cognouiſſe vel aliqđ hmōi inho
neſtum egiſſe mortaliter pecca
uit ⁊ ad reſtitutionē fame tene
tur. ſi pſonaȝ nominauit falſam

calumniam ei imponendo vt ſu
pra precepto. viij. Si vt eam ad
tactus oſcula ⁊ amplex⁹ facili⁹
induceret vl' ſe ab eo carnaliter
cognoſci pmitteret ſpōſalia cuȝ
ea ꝯtraxit vel contrahere pollī-
citus eſt vltra mortale peccatū
tenet̄ vt ſupra p̄cepto ſexto. et
infra. c. ſe. ⁊ duran. dicit. Omnis
concupiſcentia actus affat⁹ vel
aſpect⁹ ⁊ hmōi hac de cauſa in
tentōne deliberata factus mor
tale eſt vt patet ſupra in pecca
to luxurie in fine vbi habentur
plura de quibus ſi videbit̄ po-
terit hic interrogari ⁊ ſupra p̄-
cepto ſexto ⁊ nono. Si donaria
hac intentione corrupta dedit
vel accepit vltra mortale debet
ſic accepta de ꝯſilio dare pau-
peribus q2 eſt turpe lucrum. Si
ꝓpter hoc fecit expenſas in cō-
uiuijs feſtis ⁊ hmōi mortaliter
peccauit. Si vt abilius cuȝ mu
lieribus poſſet loqui ſe aliquan
do veſte transformauit mortali
ter peccauit. ⁊ p̄cipue veſte mu
liebri quia ꝓhibitum eſt. xxx. di.
ſi qua mulier. Si vero veſte mo
nachali vel religioſa ꝓhibet̄ ſi-
militer ⁊ grauiter puniri debet
ex̄ de vi. ⁊ ho. cle. cum decorem
⁊ ſi habuit in ſocuȝ religioſum
ſub ſeculari habitu transforma-
tum excōicatus eſt ipē cum eo.
ex̄ ne cle. vel mo. vt periculoſa.
li. vi. Si ꝯſueuit girouagari ſol⁹
vel comitatus p plateas aliqua

laſciua intentione puta oblectā
di ſe ex aſpectu mulierū vel inci
tandi vel attrahendi ad ſui con
cupiſcentiā quoquomodo eas
nutibus aut verbis quia in his
omnibus ⁊ hmōi ſemp eſt mor-
tale vt ſupra ſm duran. Si con
ſueuit inter vanos ⁊ laſciuos iu
uenes ꝓcaciter ſe habere ⁊ faci
liter de alijs oblectare et alias
inſolenter ſe habere. ſocijs cōtu
melias inferre ⁊ ad malū incita
re vl' animare quia mortale pec
catum eſt. ſi hac intentione deli
berata vel ex conſuetudine fiāt
ſi puella nubilis fuerit vltra m̄l'
ta de p̄dictis que etiam ad eius
ſtatum ⁊ conditionē pertinent
poteſt interrogari ſi aliquando
iuit ad ſpectacula vel ad chore
as aut ad maiuma id eſt canti-
lenas que ſolent fieri in lombar
dia in plateis ⁊ in vijs publicis
cuȝ magna inſolentia ⁊ laſciuia
⁊ qua intentione ad huiuſmodi
iuit. ⁊ ſi cantilenis nomen dei
vel ſanctorum intermiſcuit vel
aliud turpe ſeu inhoneſtū egit.
nam ſi ſit doli capax ⁊ hoc cor-
rupta intentione fecerit morta
liter peccauit. ſi vſa ſit fucis aut
alijs vanis ornatibus ⁊ illicitis
de hoc infra. c. ſe. Si habet pri-
mam tonſuram vel. iiij. or. mi. in
terrogetur quando ordinat⁹ fu
it. nam ante ſeptenniū non licȝ
ex̄. de preben. ſuper inordinata.
⁊ no. Jo. an. in. c. ſi eo. t̄ rap. ſup

verbo etatē. hoc tñ nō tenet̄ ad
horas canonicas. vt no. glo. in
cle. graui. de cele. miſ. Sʒ ſi vult
clericali priuilegio gaudere opor
tet deferre raſurā in moduʒ co-
rone tonſurā ⁊ habitū honeſtū·
vt ibi ⁊ in cle. quoniam. de vi. ⁊
ho. cleri. et Gemi. e. ti. clerici. ij.
li. vi. dicit nec ſufficere videtur
portare vnū ſine altero Si ē be
neficiatus. nam ſi eſt ſeptennis
aut maior ydoneus reputat̄ ꝓ
moueri ⁊ in beneficio ſimplici
intitulari vt no. in. d. c. ſuper in
ordinata. ⁊ in. d. c. ſup inordina-
ta. ⁊ in. d. c. ſi eo. ⁊ ibi ꝑ Joh. an.
⁊ ꝑ archi. qđ verū eſt ſi rite bñfi
cium habuit ⁊ modo debito nᶜ
ſimoniace ⁊ cū intentōe clericā
di alias nō. ante vero ſeptenniū
nō debet ꝓmoueri q꞉ tunc ina-
bilis eſt ad ordīes. ni. puer Ad
beneficiū vero curatū puer ina
bilis r̄putatur. i. q. v. pueri ⁊ ad
canoniaʒ ⁊ p̄bendā. ex̄ de p̄ben.
c. fi. ⁊ multomagis ad pſonatuʒ
vel dignitatē. ad penſionē vero
que dat̄ ꝓpter patrocinij defē
ſionē puer nō eſt ydone⁹ ⁊ notat
dñs An. de bu. in. d. c. ſup inor-
dinata. taliter tñ beneficiatus
etiā ſi bñficium ſit ſimplex rura
le ⁊ nō competēs tenet̄ dicere
horas canonicas. ex̄ de cel̄. miſ.
c. i. ⁊ ibi ꝑ glo. ⁊ hoc idē no. Joh.
de legna. ⁊ Jo de imo. in cle. i. e.
ti. vbi etiā dicūt ꝙ in minorib⁹
beneficiatus abſens occaſione
ſtudij vel alias ex cauſa rationa
bili excuſat̄ ab horis dicendis
ſi tamē in eccleſia faciat dici ꝑ
aliū ab. ſy. ſentit ꝯtrariū. in di. c.
i. ⁊ ſi nō dicit ꝑ ſe horas nec per
aliū dici faciat vltra peccatum
tenet̄ ad fructuū ꝑceptorū reſti
tutionem ſm̄ arch. lxiiij. di. c. i. ⁊
no. ge. c. fi. de reſcript. li. vi.

¶ A coniugatis ⁊ curā rei fa
miliaris habentib⁹ ¶ Ca. ij.

PRo declaratione in
fra dicendorū circa
ꝯiugatos, ſciendum
ꝙ duodecim ſunt q̄
non ſolū impediūt ſed etiā diri
munt matrimoniū iā ꝯtractum
vt in his verſibus continetur.
Error. ꝯditio. votum. cognatio.
crimē. cultus. diſparitas. vis. or
do. ligamen. honeſtas. Si ſis af
finis ſi forte coire nequib⁹. Hec
ſocianda vetant. ꝯnubia iuncta
retractant. Duo vero ſunt que
impediunt ſed nō dirimunt. de
quibus extant verſus. Eccl̄ie ve
titum. necnō tempus feriatum
Impediūt fieri ꝑmittunt facta
teneri. Ubi nota ꝙ ex p̄dictis
impedimētis quorundaʒ tranſ-
greſſio obligat ad mortale vt
ſunt ea quib⁹ matrimoniū con
trahi ꝓhibetur. Quedam ſunt
quorū tranſgreſſio nō ſolū ob-
ligat ad mortale ſed etiā ipo fa
cto maioris excommunicatōis
vinculo plectit. vt in cle. eos. de
ꝯſan. ⁊ affi. vbi notat̄ ꝙ ſciēter

ꝯtrahentes matrimoniū in gra
dibus ꝓhibitis. ſ. ꝯſanguinitatꝭ
vel affinitatis cū moniali cū ꝓ-
feſſiſ tacite vel expſſe religionē
approbatam vel cū clerico ī ſa-
cris conſtituto ipo facto excom
municationē incurrūt nec pnt
abſolui niſi priꝰ ab inuicē ſepa-
rentur. Et oēs pticipes conſulē
tes ſciēter ꝯſentientes auxilian
tes vel fauētes in hoc eandem
ſententiā incurrūt vt ibi. Pote
runt igit circa hoc fieri interro
gationes plus ꝛ minus ꝛ a qui-
bus videbitur. Primo ſi cōtra
xit ſcienter matrimonium ī ali-
quo caſu prohibito quia morta
le peccatum eſt. vt ſupra niſi ig-
norantia facti ꝓbabilis non af-
fectata excuſaret puta qꝛ ꝯtra-
hentes ignorabant ſe ꝯſangui-
neos vel affines ſecꝰ de ignorā-
tia iuris. puta qꝛ inter eos ſcie-
bat gradum. ſed non putabant
gradum eſſe prohibitum. Et ſi
alter eorum tantū hoc ſciebat
ille ſolus erit ligatus. vt no. glo.
in d. c. eos. Et vt breuiter habe
atur aliqualis noticia de dictiſ
impedimentis. aliquid dicetur
de ſingulis.

Error.

Non omnis tamen error im
pedit matrimonium ſed error
perſone ꝛ conditionis nec iſti d
ſua natura dirimunt matrimo-
nium ſed ex conſtitutōe eccleſia
ſtice ſm Rich. in. iiij. di. xxx. exē-
plum perſone. cum. ſ. quis ꝯtra-
hit cum maria credens eſſe ka
therinam. error vero fortune vl
qualitatis nō impedit. conditio
ꝛ itelligit d ꝯditōe ſeruili exēpli
gratia cum quis contrahit cū
ancilla credens ſe contrahere
cum libera vel econuerſo. ſecus
ſi ſeruus contrahit cum ſerua
quā credit liberam. quia matri
monium tenet ꝛ multo fortius
tenet ſi ꝯtrahit ſeruus cum libe
ra credens eſſe ſeruā ſm Rai.
tho. ꝛ Inno. Uotum. ſi ſolenni-
ter votum emiſit caſtitatis aut
religionis per ꝓfeſſionem expſ-
ſam vel tacitā factam alicui de
religionibus approbantis. tale
votum ſolenne impedit matri-
monium contrahendum ꝛ diri
mit poſt contractum vt in. c. q
votū. de vo. ꝛ vo. redē. li. vi. Idē
ſi votum ſolenniter emiſit p ſu
ſceptionē ſacri ordinis. Nam ꝛ
hoc votum impedit matrimo-
nium ꝯtrahendū ꝛ dirimit poſt
cōtractum. vt in. c. rurſus. ex. qd
cle. vel vo. ꝛ vltra hoc in vtroq
caſu incurrit ſententia excōmu
nicationis vt ſupra. Si ꝯtraxit
matrimoniū poſt votū ſimplex
caſtitatꝭ vel in fraudem religio-
nis tenet matrimoniū vt in. c.
qd votum de regula. li. vi. ꝛ ibi
glo. Idem Gemi. ibidem ꝛ do-
minus An. de bu. in. c. memini-
mus. extra qd cle. vel vo. ſm tn
Rich. in. iiij. diſtin. xxxviij. ar. vij.

q.i. Primo talis peccat morta-
liter ꝯtrahendo secūdo post cō-
tractū matrimoniū cōſumando
q꞉ adhuc licitū eſt ſibi nō conſū
mare ſi vult religionē intrare.
Cō. ſco. ibidē addens ꝙ peccat
etiā mortaliter poſt ꝯſummatō
nem totiēs quotiens debitū re
quirit licet reddere teneat᷑ exa
ctuſ ſiue exigat᷑ expſſe ſiue inter
ꝑtatiue. Nā aliter nimis onero
ſum eſſet vxori ſi oporteret ſem
per expſſe petere. Con. tho. ibi-
dem ⁊ hec vera intellige niſi fu
erit diſpenſatū ante cōtractum
matrimoniū ꝑ papā de ꝯtrahē-
do ⁊ exigendo debituꝫ vel poſt
iā ꝯſummatū ꝑ copulā de exigē
do quā diſpenſatōeꝫ poteſt eṕs
facere. vt no. Joh. an. ⁊ dn̄s An.
de bu. in. c. rurſus. ex̄ qͦ cle. vel
vo. Adde etiā ꝙ q̄ ꝯtraxit ma-
trimoniū poſt votū ſimplex de
intranda religione ſi vxor ꝓmo
riatur tenetur iterum religionē
ingredi ſm̄ Jo. mo. ⁊ notat Jo.
an. in c. qͦ votū. ō vo. ⁊ vo. redē.
li. vi. ⁊ ī noue. ī mercu. ⁊ Bemi.
ibidē ⁊ notat glo. ſ. xxvij. q. i. Nu
ptiarū. ⁊ Archi. ibi. Si habens
votū ſimplex intrandi religionē
ꝯtraxit matrimoniū cum alia q̄
etiā habet ſimile votuꝫ ſimplex
Nā licet mortaliter peccauerit
vterqꝫ cum matrimonium teneꝫ
non obſtat ꝙ neuter poſſit debi
tum exigere. quia poteſt vterqꝫ
reddere. Imo ſi q̄s etiā vouiſſet

ante contractum matrimoniū
nunq̄ꝫ reddere ſi vxorem cōtin-
gerꝫ ducere tenet matrimoniū
nec tenetur ſeruare votum. vt
notat glo. xxvij. q. i. de viduis. ij.
⁊ Archi. in. c. qͦ votū. Con. dn̄s
An. de bu. in. c. dudum. de con-
uerſa. coniug. Cognatio triplex Cognatio
eſt. ſ. ſpiritualis. carnalis. ⁊ lega-
lis. quelibet horuꝫ impedit ma
trimonium contrahendū. ⁊ diri
mit iam contractum vt ſequit᷑.
Cognatio ſpiritualis que eſt ꝓ nota
pinquitas proueniens ex ſacra
mento regenerationis ſpiritua
lis ⁊ dicitur cōpaternitas ⁊ cō-
trahitur ꝑ cathecismum baptiſ
mum ⁊ confirmationē que im-
pediunt ac dirimunt matrimo-
nium vt immediate ſequitur.
Cathecismus que eſt inſtructō
quedam ſuſcipiende profitēde
obſeruādeqꝫ fidei catholice ve-
ritatis ad quā fidem omnes te
nentur impedit tantum matri-
monium contrahendum ſꝫ non
dirimit iam contractum. vt in
. c. per cathecismum. de cogna.
ſpi. li. vi. ⁊ ibi per archi. ⁊ Jo. an.
baptismus. per baptismum con
trahit᷑ cognatio ſpiritualis tri-
plici actu. ſ. baptiſando tenēdo
⁊ leuando. primo actu. ſcilicꝫ ba
ptiſando. impedit inter baptizā
tem preſbiterū vel alium viruꝫ
⁊ baptiſatam puellaꝫ. Inter ba-
ptiſantem mulierem ⁊ baptiza
tum puerum. Inter baptizantē

virū ⁊ matrem baptiſati vel ba
ptiſate. Inter baptiſantē mulie
rem ⁊ patrē baptiſati vel bapti
ſate. Inter baptiſatū ⁊ vxorem
viri baptiſantis priꝰ cognitam.
Inter baptiſatam ⁊ virū mulie-
ris baptiſantis priꝰ cognitū. In
ter baptiſatū ⁊ concubinā viri
baptiſantis prius cognitam. In
ter baptiſatā ⁊ ꝯcubinariū mu-
lieris baptiſantis prius cogni-
tam. Inter matrem baptiſati ⁊
virum vel concubinariū mulie-
ris baptiſantis prius cognitum
ꝙ aūt dixi ꝯtrahi cōpaternita-
tem per actum fornicariū tenet
Tho. in. iiij. di. xlij. ar. iij. q. ij. Ad
hoc. xxxij. q. iiij. in eo. vbi dicitur
Qui adheret meretrici vnum
corpus efficit cū ea. ⁊. xxx. q. iiij.
ſi quis vnus. glo. hugo. hoc idez
tenet. ⁊ Innoc. in. c. marti. ex. de
cog. ſpi. ⁊ licet aliј ꝯtrariū ſenti-
ant. p. tñ opi. adherendū eſt tan
q̄z tutiori vel cōſulendus papa
Inter baptiſatū ⁊ filias bapti-
ſantis. Inter baptiſataz ⁊ filios
baptiſantis indiſtincte vt ſupra
2 ¶ Secundo ex baptiſmo cōtra
hitur cōpaternitas tenendo. ſ.
inter tenentē virū ⁊ tentam pu
ellam. Inter tenentē mulierem
⁊ tentū puerū. Inter tenentē vi
rum ⁊ matrē tenti vel tente. In
ter tenentē mulierē ⁊ patrē ten
ti vel tente. Inter tentū pueruz
⁊ vxorē vel concubinā tenentis
prius cognitā. Inter tentā puel
lam ⁊ virū vel concubinariū mu
lieris tenentis prius cognitum.
Inter patrem tenti ⁊ vxorē vel
concubinā tenētis priꝰ cognitā
Inter matrē tenti ⁊ virū vel cō
cubinariū mulieris tenent priꝰ
cognitū ſiue maſculꝰ ſiue femīa
teneat. Inter tentū ⁊ filias ꝯte-
nentis. Inter tentā ⁊ filios tenē
tis indiſtincte vt. s. Tertio cō 3
trahit pariformiter leuando ſicut
⁊ tenendo ⁊ inter eaſdē perſo-
nas ⁊ licet aliј doctores comp-
hendant hos gradus breuiꝰ po
nendo. aliqui plures aliqui pau
ciores. Nā dñs an. de bu. in. ca.
martinus enumerat. xij. ⁊ Jo. an.
ij. vt ibi recitat dñs An. Ego āt
hoc poſui magis ſpecifice ad
clariorem intelligentiam ⁊ no-
ta ꝙ licet leuans aut tenens ad
baptiſmum non tangeret pue-
rum de induſtria ſed ſoluz pan-
nos quibus inuolutus eſt nolēs
contrahere compaternitatem
contrahit tamē vt notat archi.
Jo. an. ⁊ Gemi. in. c. fi. de cogna.
ſpi. li. vi. Idez de eo qui accedit
ad tenendum. ſed non reſpōdet
ne contrahat. quia tamen con-
trahit vt notat collec. e. titulo

¶ Confirmatio

¶ Per ſacramentum enim cō-
firmationis duplici actu cogna
tio ſpiritualis non ſolum impe-
diens ſed etiam dirimens con-
trahitur. ſcilicet. Confirmando
⁊ tenendo. Quo ad primū actū

contrahitur inter confirmantē confirmatum vel confirmatam Inter confirmantem ⁊ parētes confirmati vel confirmate. Inter confirmatam ⁊ filios ſimiliter vel filias confirmantis. Inter confirmatū ⁊ vxorem vel cōcubinam confirmantis pri⁹ cognitam. Inter parentes confirmati vel confirmate ⁊ vxorem vel concubinam confirmantis prius cognitam. Et in his concluditur quo ad confirmantem de quo habetur in.c. Ne dum. de cogna.ſpi.li.vi. Quo ad ſecūdum actum cōtrahitur inter tenentem virum vel mulierem et tentum puerum vel puellā. In ter tenentes ⁊ parētes tenti vel tente. Inter tentum ⁊ filiam tenentis. Inter tentam ⁊ filios tenentis. Inter tentum ⁊ vxorem vel concubinam tenentis prius cognitam. Inter tentam ⁊ virū vel concubinariū mulieris tenentis prius cognitū. Inter parentes tenti vel tente ⁊ vxorem vel concubinā tenentis pri⁹ cognitam dato ꝙ tenens ſit vir. Inter parentes tenti vel tente ⁊ virum vel cōcubinarium mulieris tenentis prius cognitum. Cognatio naturalis ſiue carnalis habet tres ſpecies.ſ.conſanguinitatem.affinitatē.⁊ publicam honeſtatem. Conſanguinitas que eſt vinculum duarum pſonarum ab eodem ſtipite vel

nālis

ſtirpe carnali cōpagine deſcendentium habet triplicē lineam Prima eſt aſcēdentiū qui ſunt pater mater auus auia,pauus pauia.⁊ ſucceſſiue vſq ad adā Secunda eſt deſcendentiū qui ſunt filius filia.nepos neptis.pnepos,pneptis.et ſic ſucceſſiue vſq ad vltimum hominem. Et inter iſtos aſcendentes ⁊ deſcēdentes,phibitio de contrahendo matrimonio ſm ſaniorem intellectum eſt perpetua vt tenet Joh.an.in apparatu arboris de ↄſan.⁊ affi. Tercia eſt collateralium qui ſunt frater ſoror filius vel filia fratris vel ſororis.⁊ inter hos durat phibitio vſq ad quartum gradum a ſtipite incluſiue remotū.vt in.c.nō debē. de ↄſang.⁊ affi.⁊ ſufficit ꝙ vna ex ptibus tranſcenderit quartū gradū licet alia nondū applicuerit ad illum ſed fuerit in primo ſecundo vel tercio gradu.nam quotto gradu remotior pſona diſtat a ſtipite.i.a cōmuni parēte toto diſtat a quolibet alio p aliam lineā deſcendenti ab eodem vt in.c.qd̄ dilectio.⁊.c.fi.e ti.⁊ ibi plene per glo.⁊ doc.d̄ affinitate ⁊ publica honeſtate dicetur infra ſuis locis. Cognatio legalis que eſt quedam ciuilis propinquitas legaliter introducta contrahitur p adoptionem ⁊ arrogationem.⁊ impedit matrimonium cōtrahendum et di

legat

rimit iam contractum ſm veri
orem ſententiam doct. extra. e.
c. i. Tripliciter. Primo īter pa
trem adoptantem ſeu arrogan
tem ⁊ arrogatum ſeu adopta-
tum filium vel filiam nepotem
vel neptem. ⁊ hoc ſemꝑ impe-
dit ⁊ dirimit quoniā pater ado
ptator non poteſt contrahere
cū filia adoptiua vel nepte etiā
poſt emancipationem. xxx. q. iiij.
Ita diligere. Secūdo inter col-
laterales. ſ. inter filios naturales
legitimos et adoptiuos ⁊ hoc
impedit durante adoptione et
non vltra extra. e. c. vnico. ⁊ xxx.
q. iiij. poſt ſuſceptum. Et quāuis
quidam dicant inter predictos
hodie nullum eſſe impedimen-
tum tutior tamen ſententia eſt
qd̄ ſupra dixi. Nō etiaꝫ tenent
hoſtien. ⁊ Guil. in ſpe. e. ti. Filij
vero adoptiui bene poſſunt lici
te matrimonium contrahere in
ter ſe. vt notat glo. in. d. c. vnico
Concordat dominus Antho. d̄
bu. cum glo. ⁊ docto. cōmuniter
ibideꝫ. ſ. ꝙ adoptati inter ſe poſ
ſunt contrahere. Tercio inter
adoptantem ⁊ vxorem adopta
ti ⁊ inter filium adoptiuuꝫ ⁊ vx
orem patris adoptantis ⁊ hoc
omni tempore impedit matri-
monium iuſti. de nup. . i. ⁊. ij
⁊ notant doctores moderni in
d. c. vnico. Crimen. Tria ſunt
crimina que nedum impediunt
matrimonium contrahendum.

ſed etiam dirimunt iam cōtra-
ctum vt in. c. Tranſmiſſe eī de
eo qui cog. ꝯſan. vx. ſu e. Primū
eſt machinatio in mortem alte
rius cum effectu animo contra
hendi matrimonium cum cōiu
ge eius ſi vir fuerit ſiue mulier
occiderit vxorem alicuiꝰ vt illū
accipiat in virum. Et intelligit
occidere nedum ꝓprio actu ſed
etiam ꝯſilio conſenſu auxilio fa
uore mandato ordinatione ſeu
participatione quomodocunqꝫ
dūmodo ſecuta ſit mors. ⁊ talis
machinatio impedit ⁊ dirimit
matrimonium per ſe licet non
interuenerit adulterium ſm In
noc̄. ⁊ hoſti. Alij dicūt hoc verū
quando ambo machinati ſunt
in mortem occiſi. ſecus autem
quando alter tantum machina
tus eſt in mortem quia tunc nō
impedit ſine adulterio. ⁊ hoc te
net Hein. Boye. in. c. ſi. extra d̄
eo qui duxit in matrimonium
quam polluit per adulterium.
⁊ Io. an. in. c. i. de conuer. in fine
in nouella ⁊ collec. ibidē. Rich.
⁊ Sco. in. iiij. di. xxxv. ⁊ hec vide
tur opinio verior ⁊ communior
Secunduꝫ ē fides preſtita adul
tere quando ſcilicet ligati ma-
trimonio ſiue vterqꝫ ſiue alter
ſit ligatus ſtante legittimo ma
trimonio ꝓmittunt ſibi mutuo
iurando vel fidem preſtando ꝙ
matrimonium contrahent poſt
mortem coniugis ſiue coniugū

Nā ſiue ante predictam ꝓmiſſi
onem ſiue poſt interueniat pol
lutio adulterina impedit ⁊ diri
mit. vt. ſ. xxxi. q. i. ſi quis viuēte.
⁊ in. c. ſup eo. ⁊. c. cū haberet. ex̄
de eo q̄ dux. in ma. Tertiū eſt
ſi de facto ſciēter ꝯtraxerit ma.
⁊ viuēte altero ꝯiuge ſecuta ſit
adulterina cōmixtio inter illos
ſiue ante ꝯtractū ſiue poſt. vt i
d. c. cū haberet. ⁊ in. c. ſignifica-
ſti. ⁊. c. veniēs. ⁊. c. fi. e. ti. De nu
da aūt ꝓmiſſione cū adulterina
pollutōe an impediat ⁊ dirimat
varie ſunt opiniones. vide Ric.
in. iiij. di. xxxv. ar. iij. q. iiij. Et ſco
tum ibi. cultus diſparitas. ſ. qñ
fidelis ꝯtrahit cū inf. deli. vt iu
deo vel pagano nō tenet matri
moniū. nā hoc eſt ꝓhibitum de
iure diuino. Ex̄o. xxxiiij. ⁊ deut.
vij. xxviij. q. i. ex his. ⁊. c. caue
Sec⁹ ſi fidelis ꝯtrahit cū here-
tico. q: licet peccet ſi ſciēter cō-
trahat ꝗ̄ tñ ꝓpter hoc eſt mr̄i.
dirimendū ex̄. de diuor. quanto.
⁊ ꝑ Rich. ⁊ theologos in. iiij. di.
xxxix. tenet̄ tamen fidelis rece-
dere ex p̄cepto ab heretico vel
econuerſo ſi in notorio crimine
hereſis pſeuerat vt in. c. queād-
modū. de iuriur. Vis ſiue violen-
tia vel metus impedit mr̄imo.
ꝯtrahendū ⁊ dirimit iā ꝯtractū
vt in. c. cū locum. ⁊ in. c. ꝯſultati
oni. ex̄ de ſpon. ſ; nō om̄is vis ⁊
met⁹ impedit ⁊ dirimit. vbi no
ta ꝙ duplex eſt coactio. ſ. Abſo
luta quē fit ꝑ viz ⁊ iſta excludit
totaliter ꝯſenſum animi in quē
ñ cadit coactō. Alia eſt coactio
ꝯditionata ⁊ iſta fit ꝑ metū cuz
ſcz timore alicui⁹ mali ab extra
ꝯſentit etiā ab intra ⁊ ſic nō cō-
ſentit nec vult ſimpliciter. ſed p̄
cedente cauſa impellente. ⁊ iux̄
hoc ſciendū quedā ſunt in q̄bus
nō exigit̄ nuda voluntas alicu-
ius nec cū qualitate libertatis
⁊ in hmōi metus ipſo iure non
inficit. quia coacta voluntas eſt
xv. q. i. merito. quedam ſunt in
quibus exigitur libera volūtas
cum qualitate libertatis ⁊ tūc
coacta voluntas cum non ſit li
bera inficit. xv. q. vi. Auctorita-
tem. xxij. q. iiij. Inter cetera. ⁊. xx
xiij. q. v. ſignificaſti. alias notifi-
caſti. ⁊ ibi per glo. Caſus autez
in quib⁹ libera ⁊ directa volun
tas exigitur ponit glo. in. ca. ab
bas. extra de his que vi metus
ve cauſa fiunt. in. d. c. ſignifica-
ſti. quorum primus eſt mr̄imo.
vt in. c. cum locum. ⁊. c. conſulta
tioni. ⁊. c. Gēma. ⁊. c. fi. ſ. de ſpō.
Nā in cauſa matrimoniali qua
liſcunqꝫ iuſtus metus qui p̄t ca
dere in ꝯſtantez virum interue
niat ſiue culpa contrahentis ſi-
ue non matrimo. ꝯtractum nō
tenet nec obligatus eſt qui hoc
facit etiā ſi iurat reliquos caſus
vide ibi. ſ. in. d. c. Abbas. Que
autem habeant inducere iuſtū
metum creantem excuſationē

ꝛ conſenſum excludentē notat
glo.in.c.cū dilectus.ex̄ de his q̄
vi metus ve cauſa fi.ſup verbo
Ordo nec metū mortis. Ordo.ſ.ſacer
Nā exiſtens in ſacris vt ſubdya
conus ꝛ ſupra impedit mr̄imo.
cōtrahere.ꝛ ſi contraxit dirimi
debet.xxvij.di.ſi quis eorū.ꝛ.c.ꝺ
illo.ꝛ ex̄ qui cle.vel vo.c.i.ꝛ.ij.et
c.ruſſus.ꝛ ꝑ totū ꝗ ſi de facto
cōtrahatur excōicatus eſt vt in
cle.eos.de ꝯſan.ꝛ affi.ꝛ fit irre-
gularis vt in.c.ij.ex̄ q̄ cle.vel vo.
Greci tn̄ i ſacris ꝯſtituti pn̄t vti
matrimonio iam contracto ſed
non poſſunt amplius ꝯtrahere
Ligamen ¶ Ligamen.nam qn̄ quis alteri
ꝯiugi eſt alligatus etiā ſi ſolū ꝑ
matrimonium contractū ꝑ ver
ba de p̄ſenti ea viuente aliā ac-
cipere nō poteſt vt in.c.licet.de
ſponſa.duorū. Quāuis ligatus
ſolum matrimonio ꝑ verba de
preſenti contracto ante carna-
lem copulam poſſit religionem
approbatam ingredi vt in.c.ve
rum.ꝛ.c.ex publico.de cōuerſa.
coniuga.etiam in vita remanē-
te in ſeculo que poſt profeſſionē
tacitam vel exp̄ſſam ingreſſi et
non ante poterit cum altero vi
ro contrahere. Si vero poſt cō-
tractum matrimonium vt ſup̄.
Alter coniugum ſe abſentauit
in regionem longinquam rema
nens non poteſt cum alio cōtra
here niſi prius certificatus fue-
rit de morte alterius vt extra ꝺ

ſpō.c.in preſentia.ſecus aūt eſt
in ſponſalibus de futuro vt in
c.de illis.e.ti. Quando autē di-
catur certificatus notat glo.in
c.quoniam frequenter. ſi au
tem.extra vt lit.non conteſt.ſu
per verbo preſumatur. ¶ Ho- honeſtas
neſtas ſcilicet publica eſt ꝓpin-
quitas ex ſponſalibus prouení-
ens trahens robur ab inſtitutō
ne eccleſie ꝓpter eius honeſta-
tem ſm̄ Rich.in.iiij.di.xli. cum
em̄ aliquis contrahit ſponſalia
cum aliqua muliere oritur ex il
lis ſponſalibus publice honeſta
tis iuſticia impediēs ꝛ dirimēs
matrimonium in primo gene-
re vſq; ad quartum gradum vt
ſcilicet nullus conſanguineus
ſponſi poſſit habere illam ſpon
ſam in vxorem nec aliqua de cō
ſanguinitate ſponſe poſſit ha-
bere ſponſum illum in viruz vſ
q; ad quartum gradum de de-
ſponſa.impu.continebatur.ꝛ ca
pitulo iuuenis.ꝛ capitulo ad au
dientiam .extra de ſponſa. Et
hec vera ſunt ſi ſponſalia ſint
pura id eſt ſine cōditione ꝛ cer-
ta licet alias fuerint nulla ratio
ne conſanguinitatis.affinitatis
aut alterius cuiuſcunq; impedi
mentis dummodo non ſint nul
la ratione conſenſus.nam tunc
nullum oritur impedimentum
vt in capitulo vnico.e.t.li.vi.in
glo.xxvij.q.ij. Si quis deſponſa
uerit vxorem.ꝛ ibi glo.ꝛ Archi.

Si vero ſit dubium de conſen-
ſu ſcilicet an contrahentes vere
conſenſerint bene oritur publi-
ca honeſtas extra de ſpon. iuue
nis ſuper verbo dubia. ⁊ notat
Ric. vbi ſupra. ⁊ Inno. extra. e.
ad audientiam. vbi etiam dicit
idem ſi frigidus contrahat cuꝫ
aliqua monachus vel ſacerdos
Nam ex eorum ſponſalibꝰ ori-
tur publica honeſtas vt ſupra
xxvij. q. ij. ſi quis hanc materiaꝫ
bene tractant dominus An. de
bu. in. d. c. iuuenis. ⁊ Io an. in. c.
i. de ſpon. impu. li. vi. in nouella.

affinis

Si ſis affinis. Affinitas que eſt
proximitas perſonarum ex car
nali copula proueniens om̄i ca
rens parentela ſm̄ Hoſ. cōtra-
hitur ex matrimoniali coitu et
etiam fornicario. xxxiij. q. iiij. c. ſi
quis vnus. xxxij. q. iiij. c. in eo. xx
xv. q. iij. c. nec eam. ⁊ c. de ince-
ſtuoſis. ⁊ c. extra ordinaria. ⁊ du
rat vſqꝫ ad quartum gradū in-
cluſiue ſolummodo in p̄mo ge-
nere affinitatis exempli gratia
Ioh̄. contraxit matrimoniū cuꝫ
maria om̄es conſanguinei Io.
ſunt affines marie in eodeꝫ gra
du in quo ſunt conſanguinei ipſi
Iohāni. ⁊ omnes conſanguinei
marie ſunt affines Iohan. in' eo
dem gradu in quo ſunt conſan
guinei ipſi marie. conſanguinei
autem vtriuſqꝫ partis inter ſe-
ipſos nullam affinitateꝫ habēt
vt infra. c. qd̄ ſuper his. ſupra d̄

conſang̃. ⁊ affi. Si forte coire ne-
quibis. impotentia enim coeū-
di eſt vicium anime vel corpo-
ris vel vtriuſqꝫ quo quis impe-
ditur alij carnaliter cōmiſceri.

Si coie

⁊ ſpecies huius impotentie pri
cipaliter ſunt due. Prima eſt
naturalis vt impotētia pueri vl'
frigiditas ſenis ſeu etiā frigidi-
tas cōplexionis vel artatio mu
lieris. Et hec ſi eſt perpetua vt
in frigid̄. nō ſolum impedit ma
trimonium contrahendum ſed
etiaꝫ dirimit iam contractum.
xxxiij. q. i. c. i. ⁊ ij. ⁊ c. laudabilem
extra de frigid̄. et malefi. ſi v̄o
eſt temporalis vt in puero tam
diu impedit q̄ꝫdiu ineſt. De na
turali tantum impotentia que
eſt in ſene dicit glo. in. c. qd̄ ſecū
de. q bene poteſt contrahere vt
in. l. ſanctimus. C. d̄ nup. ⁊. xxvij.
q. i. nuptiarum. Secunda eſt ac
cidentalis vt caſtratō in viro vl'
deſtructio matricis aut alia ino
eptitudo in muliere. vel cōmu-
ne impedimentum per malefi-
cium de quibus in iuribus ſup̄
allegatis habetur. eccie. vetitū.

ecc[lesi]e vetitu

hoc verbo prohibentur matri.
clamdeſtina de quibus habetur
extra de clamde. de ſpon. c. ij. ⁊ c
cum inhibitio. ⁊. xxx. q. v. aliter.
⁊ omnia alia matrimonia con-
tra eccleſie interdictum contra
cta. Et licet contra facientes
huic precepto peccent mortali
ter tenet tamen matrimoniuꝫ

tp̄e feriati

nec dirimitur. Nec non tempuſ
feriatum. Ubi nota ꝙ m̄rimo-
nia prohibentur a prima domi
nica aduentus vſqꝫ poſt Ephi-
phaniam ſecundum Rich. in. iiij
di. xxxij. ar. v. q̄ſtione. i. Et a do-
minica quadrageſime vſqꝫ ad
octauam paſce incluſiue. ⁊ a tri
bus diebus ante aſcenſionē vſ-
qꝫ ad octauam penthe. excluſi-
ue. xxxiij. q. iiij. non oportet. ⁊ tri
bus capitulis ſequentibus. ⁊ ex
tra de ferijs. capellanus. his ta-
men temporibus non prohibe-
tur ꝯſenſus matrimonialis quo
ad contrahendum matrimoni-
um ſeu ſponſalia. nam quocun-
qꝫ tempore cōtrahi poſſunt vt
in. d. c. capellanus. ſed prohibe-
tur omnis nuptialis ſolennitaſ
⁊ actus copule carnalis in prin
cipio ⁊ ſic traductio ſponſe in
domum ſponſi. ⁊ tranſgrediēs
quodcunqꝫ horum trium mor-
taliter peccat. deinde interro-
get ſi poſt nuda ſponſalia de fu
turo contracta contraxit. ſecun
do cum alia ſponſalia etiam d̄
futuro nam peccauit mortali-
ter. non tamen propter hoc ſo-
luta ſunt prima etiam ſi ſecun-
da fuerit iuramento firmata.
niſi ſecuta fuerit carnalis copu
la. extra. e. is qui. ⁊ capitulo ſi in
ter ſecundum. Rich. vbi ſupra.
⁊ Hoſtien. Idem dominus an.
de bu. in capitulo. ſi vt ex litte-
ris. e. ti. Si primo contraxit ſpō
ſalia de futuro cum aliqua. de-
inde cum alia contraxit ꝑ ver-
ba de preſenti. nam licet per ſe
cundam de preſenti ſoluta ſint
prima de futuro etiam ſi fue-
rint iuramento firmata pecca-
uit tamen mortaliter. extra. e. ſi
inter. ⁊ capitulo ſicut. ⁊ ibi per
dominum An. de bu. ſi poſt ma
trimoniuꝫ contractum per ver
ba de preſenti contraxit cū alia
etiam de p̄ſenti mortaliter pec
cauit. nec tenet ſecundum ma-
trimonium etiam ſi fuerit con
ſummatum. ſed redire oportet
ad primum niſi illa cum qua pri
us contraxerat ingreſſa fuerit
religionem approbatam ⁊ ibi
profeſſa vel niſi papa diſpenſa
ret ex cauſa rationabili quod fa
cere poteſt. extra de conuerſa.
coniuga. ex publico. ⁊ ibi glo. do
minus An. de bu. ⁊ doctores cō
muniter ⁊ in capitulo ex parte.
ij. ⁊ de diuor. quantō. Ric. in. iiij
diſtinctione viceſimaſeptima.
ar. iij. queſtione tercia ⁊ cōmu-
niter omnes. ſi matrimonium
contraxit cum debita intentio
ne ſcilicet procreandi prolem
ſeruandi fidem ⁊ contrahendi
inſeparabilem animorum con
iunctionem. nam ſine his boniſ
matrimonium contrahi nō po-
teſt viceſimaſeptima queſtione
ij. om̄e. glo. ibi. xx. tm̄ dicit ꝙ ſi

aliquis contrahit matrimoniū
intentione adulterandi nichilo
minus tenet matrimonium niſi
hoc deducat in pactū. Archi. ve
ro in dicto. c. oīne. dicit φ licet cō-
trahat matrimoniū ſine inten-
tione ꝓlem vel ſine intentione
fidei ſeruāde nō tñ cū intentōe
euitādi ꝓlem nec frangēdi ꝓfidē
mr̄imo. eſt. ſꝫ ſi directe ꝯtrahat
cū intentione euitandi ꝓlem vl̄
frangēdi fidē tūc nō eſt mr̄imo.
xxxij. q. ij. ſolet. ⁊ ex̄ de cō. ap. c. ſi.
in bono aūt ſacramēti ſꝫ anim⁹
eſt neceſſari⁹ q: ſine mutuo con
ſenſu mr̄imoniū eſſe nō pt̄. cū
ꝯſenſus ſit de ſubſtātia mr̄imo
nij. de ſpō. tua nos. ⁊ c. cum ap.
Ric. vbi ē di. xxxi. ar. ij. q. i. opti-
me diſtinguit. ſi ſciens ſe excōi-
catū maiori vl̄ etiā minori excō
municatōe ꝯtraxit videt̄ morta
le. q: excōicatio ſepat a ſacramē
tis. Idē videt̄ ſi exñs in mortali
cōtraxit matrimoniū. in vtroqꝫ
tñ caſu matrimoniū tenet. ex̄ de
eo q̄ duxit in matrimo. c. ſignifi
caſti. ⁊ ab. ſy. ibi ſi poſt ꝯtractū
mr̄imo. p̄ vba de p̄ſenti ante vl̄
poſt ꝯſummatōēꝫ cognouit ali
quā ꝯſanguineā vxoris ſiue i qr
to gradu vel citiori nō pt̄ abſqꝫ
mortali peccato debitū exigere
ex̄ de eo q̄ cog. ꝯſan. vx. ſue. c. i. ⁊
fi. niſi cū eo diſpenſet vt notat
Jo. an. in. c. ij. c. trāſmiſſe. ⁊ c. tue
e. ti. ⁊ dicit An. de bu. ibi redde
re tñ ſꝫ tenet̄. Si ſponſus exñs
ſe nimiū relaxauit cū ſpōſa ver
bis laſciuis ⁊ tactib⁹ impudicis
ſe inuicē ꝓuocādo q: in hmōi de
facili p̄nt occurrere multa mor
talia p̄cipue ſi fuerit voluntas
inordinata vel ſi propter hoc
interuenerit pollutio in altero
ipſorum. ſi cognouit vxorē ante
benedictionem nuptialem de qua
habetur. xxxiij. diſt. c. fi. mortale
eſt ſecundū hugo. vbi eſt conſue
tum benedictionem adhiberi.
niſi fieret cum diſpenſatōe epī
ex iuſta cauſa. idē dicit ſi omit-
tant̄ alie ſolēnitates circa mr̄i-
mo. ꝯſue. cō. alla. goſ. ⁊ vin. ⁊ no
tat collec. extra de ſpon. c. i. vbi
ſubdit Alber. tamē dicit φ hoc
dictum eſt nimis durum ⁊ hoc
idem videtur ſentire Inno. ⁊ do
minus An. de bu. ibidem. nam
conſuetudo vim legis vel cano
nis obtinet. ⁊ canon vel lex non
obligat ad mortale niſi ꝯtineat
p̄ceptū vel ꝓhibitōēꝫ de elec. ge
nerali li. vi. ſi vir ſponſam ador-
nauit veſtibus ⁊ iocalibus p̄cio
ſis ſeu alijs vanis ⁊ ſuperfluis
ornamentis et quibus ⁊ ſi tra-
duxit ad domum cum magnis
expenſis ⁊ apparatib⁹ ac pom-
pis vltra condecētia ſtatus ſui
nam peccauit ſm quantitatem
exceſſus. ſi debita intentōe ſem
per cognouit ꝯiugē. nā ſi cā ſu-
ſcipiente ꝓlis ⁊ ad dei gloriam
educāde aut cā reddēdi debitū
nullū eſt peccatū imo meritoriū

ſm omnes doctores de primo. i.thi.v.volo iuniores nubere fi- lios ꝓcreare ꝛc. De ſecundo.i. Cor.vij.dicit' vxori vir debituꝫ reddat ꝛc. Si vero cauſa reme- dij ſeu vitande fornicatōis' non ſolū in ſe ſꝫ etiā in ꝯiuge venia- le eſt ſi ſiſtat infra limites mri- monij.ſ.actu vel habitu videlicꝫ ꝙ cū alia nō faceret ſecus ſi ita exit fines mrimonij ꝙ etiā ſi ñ eſſet vxor faceret idē tūc eñ eſt mortale ſm Ric.in.iiij.di.xxxij. ar.iij.q.iij. Cō.tho.ibidē.ſꝫ ſi ꝯco gnouit eā cauſa delectatōis ſeu ſaturande libidinis.tunc ſi libi- do ꝑueniat voluntatem ex fra- gilitate ſeu infirmitate carnis ꝓueniens. Et ex hoc querit' ꝯiu galis delectatio ſub deo ſtñ vt ſcꝫ dei amor ꝑponat' illi dlecta- tioni hoc eſt etiā veniale ꝗuis non fiat ꝑdictis trib⁹ de cauſis ſi vero ꝑuenit' libido a volupta te vt cuꝫ quis de induſtria vtit' calidis ꝛ incentiuis vel cū exci- tat in ſe ipō motus libidinis ꝓ- pter ſacietatē delectatōis hoc eſt ꝓhibituꝫ ꝛ illicitū ſm Alex. de hal'.iij.ꝑte ſu.di.xxxvi. ꝛ ſic vi dent' ſentire ꝙ hoc ſit mortale. Cō.Rai.ꝛ hug.ſi cognouit cō- iugē applicando animū ꝛ appe titū deliberatū ad aliā mulierē mortale eſt ſi cognouit vxorem ꝓpter corpalē ſanitatē pricipa- liter nō excuſatur a peccato ſm Tho.in.iiij.di.xxxij.ſi cognouit vxorē extra vas naturale ſemꝑ eſt mortale ſm alex.vbi ſupra.ꝛ oīs doc.q2 ſic ꝓles generari ñ ꝑt.xxxij.q.vij.c.adulterij.ſi ꝯgno uit ꝯiugē in vaſe ꝓprio natura- li ſed modo ꝯtra naturam puta lateraliter aut ſtans erectuſ vel cū mulier ſupgredit' virum aut vir ad eā accedit retrorſuꝫ mo re iumentorū.nā hoc ſm Alex. de hal'.vbi ſupra videt' eſſe mor tale ꝛ tanto graui⁹ quāto plus diſcedit' a modo naturali. Alb. do ꝛ tho.i.iiij.di.xxxi.dicūt ꝙ ñ ſemꝑ eſt mortale ſm ſe qñqꝫ tñ poteſt eſſe ſignū mortalis cōcu- piſcētie qñ.ſ.nō ſufficit eiſ mod⁹ a natura ordinat⁹.ꝑt dici ꝓ cō- cordia opi.ꝙ ſi ꝯiuges ſe carna liter cognoſcāt ſꝫ modo non na turali ſeruato tñ debito vaſe et hoc faciant nulla cauſa ſubſiſtē te ſed cauſa ſoli⁹ voluptatꝭ am- pli⁹ ſic querēde mortaliter pec- cant ꝑcipue in duobuꝫ vltimis modis. Si vero ſubſit cauſa ali qua ꝛ ſi non oīno ſufficiēs vt quia aliter cōmiſceri periculuꝫ eſt aborſus licet hoc caſu ꝛ̄eli⁹ foret abſtinere.attamē excuſari vident' a mortali ꝛ forte etiaꝫ a veniali in primis duob⁹ modis niſi ſcienter extra ſemen effun- derent tunc enim eſſet mortale Concor.Rai.ꝛ glo.eius. Si tp̄e menſtruoruꝫ debitum exegit vl' redibit. Nam vtrunqꝫ videtur mortale ꝛ prohibitum. Leui.ij.

Nūc enī ſm hiero. ſolēt gene-
rari fetus leproſi ⁊ morbo ſi.et
notat archi.di.iiij.ad ei⁹.tu dic
ꝙ licet ſuper hoc varie ſint opi.
tn̄ ſatis equa videt̄ opi.tho.in
iiij.di.xxxij.vbi dicit ꝙ ſi fluxus
menſtrualis eſt innaturaliſ inor
dinat⁹ ⁊ quaſi ꝯtinuus nō eſt ꝓ
hibitū exigere.ſꝫ ſi eſt naturalis
ꝓhibitū eſt mulieri petere.ſi ve
ro vir petat ſciēter debet eū ꝑci
bus auertere.ſed ſi ignoranter
debet aliquā occaſionē ꝑtende
re vel infirmitatē allegare ſi tn̄
nullo modo vult acquieſcere de
bet reddere Alex.tn̄ ꝯ hal.dicit
hoc veruꝫ qn̄ timet̄ ꝓbabiliter
de fornicatōe viri alias nō. Idē
dicendū videt̄ ſi ante purificati
onem poſt partū exigit̄ vel red
dit̄.ſi debitum exegit vel reddi-
dit tpe pregnatōis. Nā ſi ꝑſumi
tur vehemēter de periculo par
tus nō licet exigi nec reddi ſm
alex. Con.xx.ſi in ſolēnitatibuſ
⁊ ieiunijs debitū exegit vel red
didit.nā hoc videt̄ ꝓhibituꝫ.i.
Cor̄.vij.dic ꝙ his tpibus exact⁹
nō peccat ſi reddat inuit⁹. Qui
vero exigit aliqua infirmitate
vel ꝯcupiſcentia duct⁹ ſine con
temptu tn̄ tpis ſeu eccleſiaſtice
exhortatōis excuſat̄ ſm tho.et
alios cōmuniter glo.tn̄ ſuper.c
i.xxxiij.q.iiij.dicit ꝙ his diebus
cauſa ſaturande libidinis cōiu-
gem cognoſcere eſt mortale.licꝫ
alijs temporib⁹ ſic cognoſcere
ſit ſolū veniale ſm eam.vide ibi
plene.ſi alter alteri exigēti debi
tuꝫ reddidit. Nā vterqꝫ ad hoc
tenet̄.i. Cor̄.vij.ſed vir nō ſoluꝫ
tenetur reddere vxori expreſſe
petenti.ſed etiā ſi tacite vel per
ſigna hoc appareat alias qui al
teri abſqꝫ legitima cauſa dene-
gauerit mortaliter pec.ſm doc.
Negare tn̄ poteſt licite alter al
teri debitū reddere.primo ſi an
te duos menſes poſt ꝯtractum
matrimoniū vir exigat debituꝫ
xxvij.q.ij.inſtitutum. Idē tho.et
alex.ij.nō tenetur reddere alte-
ri publice in adulterio exiſtenti
vel occulte qꝛ in vtroqꝫ caſu ta-
lis ꝑdidit ius debitū exigendi.
nec tenetur reddere in loco ſa-
cro ꝓpter reuerentiā dei.nec in
publico ꝓpter ſcandaluꝫ.primi
ſm Alex.vbi.ſ. Nec ſi ꝓbabili-
ter timeret notabile nocumētū
ꝓprie ꝑſone vel ꝯiugis vel ꝓlis
in vtero exiſtētis. Negare autē
debitū ex ira vel indignatione
vt qn̄qꝫ contingit non videtur
poſſe excuſari a mortali.ſi quo-
quomodo de induſtria cogno-
ſcendo coniugē ꝓlem euitauit
vel hac de cauſa alter alteri de
bitum negauit mortale eſt.ſi al
ter ꝯiugum ab altero in adulte
rio publice cōmorante debituꝫ
exegit vel reddebit mortale eſt
ſm cōmunem opinionē docto-
rum.xxxij.q.i.ca.i.⁊ ſe. Si vero
adulteriū eſt occultū circa hoc

varie ſunt opi. doc. vide Ric. in iiij. di. xxxv. ar. i. q. ij.

Ab habentib⁹ curã familiarẽ

Si ſcit ſe quoquomodo ex-cõmunicatũ a iure vel a iudice vel alias participauit cũ excom municatis poteſt eſſe mortale ꝛ veniale vt in. c. ꝑcedenti. Si vir viuit de licito exercitio ꝛ ð ſub ſtantia ꝑ ſe vel ꝑ predeceſſores ſuos licite acquiſita familiã ſuã paſcit aut de vſuris vxoris do-tem habuit. vide de hoc ſupra ꝑcepto octauo. Si vir vxorẽ di lexit ꝛ debite cum ea ſe habuit vt precipit. Apl's ad ephe. v. an econtrario deſpexit eã vel ð ea nimis zelotib⁹ ꝛ ſuſpicioſus fu-it ꝛ ſic pro minimo ꝛ ſine ratio nabili cauſa verberauit ſeu con tumeliã intulit ſi ſe ab ea ꝑ mul tum temp⁹ abſqꝫ eius libero cõ ſenſu ꝛ ſine vrgenti neceſſitate abſentauit. Si filios ꝓcreatos ꝛ filias baptiſare ꝛ cõfirmare fe cit temporibus debitis ꝛ ſi ex dilatione nimia aliquis mortu⁹ eſt ſine baptiſmo mortale eſt. ſi vir non ꝓuidit magnis neceſſi-tatibus vxoris filiorũ ac aliorꝫ ſeruorũ ex auaricia precipue in ĩfirmitate mortaliter peccauit. i. thi. v. Qui ſuorꝫ max. Si vir bonam diligentiam circa curã ꝛ regimen vxoris filiorum ac fa milie adhibuit vt virtuoſe vi-uant ꝛ vt dei mandata ꝛ eccle-ſie ſciant ꝛ obſeruent precipue de confeſſione cõmunione miſ-ſe auditione vite honeſtate et huiuſmodi. ꝛ ſi filios diligẽter educauit ac bonis moribus et doctrina quantuꝫ potuit infor-mauit. quod ſi circa hoc notabi liter defecit mortale eſt. ſi ad choreas ꝛ ad alia vana ſpecta-cula vxorem vel filias ire permi ſit ſeu vanitates ꝛ ornatus ſuꝑ-fluos habere vel facere conſen-ſit quia eſt particeps peccato-rum earum. Rom. i. ſi dotem ꝛ eius bona propria abſqꝫ eius li bera voluntate diſtrahit quia non poteſt extra de dona. inter vi. ꝛ vx. per veſtras et de emp. ꝛ ven. peruenit. ſi decimas predia les ꝛ perſonales ſoluit. Naꝫ ad hoc tenetur in duobus caſibus ſcilicet vbi eſt conſuetudo vł in digentia miniſtrorum dei qui-bus ſm legem diuinam debet ſuſtentationem ſm alex. tercia parte ſu. di. lv. ar. i. ſi Mulier di-lexit virũ ſuum ꝛ ſi fuit ei ſubie cta ꝛ obediens in licitis vt tene tur ephe. v. Mulieres viris ſuiſ ſubdite ſint ſicut dominõ. quo-niam vir eſt caput mulieris. xxx iij. q. v. eſt ordo ꝛ quattuor capi tulis ſequentibus. ſi vxor viro ir reuerens ꝛ male reſpondenſ fu it. vel cõtẽdendo eum prouoca uit ad iracundiam vel ad dei et ſanctorꝫ blaſphemia hoc mor tale videtur precipue cum ſit

viri pronitatez ad hoc ſi irreue-
rens fuit ⁊ diſcola erga ſoceroſ
et cognatos ⁊ male tractauit
eos ſeu viro reddere ſtuduit ex
oſos mortale videtur p̄cipue in
hoc vltimo caſu. ſi virū domici-
lium transferentē ſequi noluit
grauiter peccauit. nam ad hoc
tenet̄ niſi ꝓbabiliter dubitaret
de morte ſua vel ꝙ vellet eā ex-
ponere ad ſcortū. aut ire vaga-
bundus de hoc plene extra de
ſpon. de illis. ⁊ de ꝯiu. lepro. c. i.
⁊ ibi dñs an. de bu. ⁊ alij docto
res. Si dotem ex vſuris habuit
vel de bonis viri male acquiſitꝭ
cōſumpſit tenet̄ vt ſup̄ p̄cepto
vij. Si exiſtens ſterilꝭ illicite ope
ram dedit vt conciperet filios
puta ꝑ medicinas ⁊ remedia ſu
perſticioſa maleficorū et hmōi
mortaliter peccauit vt ſupra p̄-
cepto primo. Si ex adulterio fi
lium genuit vel alienū partum
ſibi ſuppoſuit. nam in primo ca
ſu vltra mortale peccatuz tene-
tur ipſi viro ſatiſfacere de omni
bus expenſis factis illi filio pu-
tatiuo vel eius heredibus ſi vir
ſit defunctus. In ſecundo vero
caſu ſi de viri conſenſu alienum
ſuppoſuit abſoluta eſt mulier. ſꝫ
ſi eo ignorante fecit tenetur vt
in primo caſu. nō tñ tenet̄ muli
er quoquomodo crimen ſuum
reuelare viro nec etiaz filio ſm
ſco. in. iiij. di. xv. q. ij. ⁊ ibi allegat
optimas rationes. ſi volūtarie

vel culpa ſua ſe diſperdidit aut
aborſum ꝓcurauit. ſeu etiaz in
fantulos in lecto tenuit qꝺ nō
licet vel ibi culpa ſua aut negli-
gentia opp̄ſſit de hoc vide ſup̄
p̄cepto. v. Si cuz potuit noluit
lactare filios ꝓprios ⁊ nutrire.
peccauit. ⁊ econtraria conſuetu
do praua conſuetudo vocat̄ di.
v. ad eiꝰ. Si ſe depilauit ſeu vſa
eſt fucis ⁊ alijs figmentis crini-
bus tortis criſpis aut mortuis
bōbice nimio circa dorſum odo
riferis planulis altis ⁊ hmōi. qꝛ
in his poteſt eē mortale aut ve
niale ſm intentionē ⁊ exceſſum
ſi vtit̄ veſtibꝰ ex forma ſua illici-
tis vl̄ inhoneſtis puta recbami
tis apte inciſis apertis ſcolatis
multū caudatis ⁊ hmōi. ſi nimi
am diligentiam ⁊ ſtudiū adhi-
buit ad ſe ornandū ⁊ multo tp̄e
ſe ⁊ alios ꝓpter hoc occupauit
⁊ p̄cipue in feſtis illicitū eſt cir-
ca p̄dicta vt meliꝰ poſſit diſcer-
ni ornatus illicitus a licito di-
ſtinguendū eſt inter ornatuz fu
cationiſ ⁊ ornatū veſtiū ⁊ hmōi
Nam fucatio cum ſit ſpecies fi
ctionis ſeu adulterina fictio nō
poteſt eſſe ſine pctō ſm Augꝰ.
in. c. fucare. de con. diſt. v. non tñ
ſemꝑ eſt peccatum mortale ſm
tho. ij. ij. q. c. lxix. qꝺ ⁊ notat Jn.
in. c. ex̄ ne cle. vel mo. ſed ſolū qñ
fit ꝑ laſciuiam vel in dei ꝯtem-
ptum. Nā aliud fucis faciei pul
critudinē non habitā figere qꝺ

non licet. Aliud ex aliqua cauſa
extrinſeca ꝓueniente turpitu-
dinem occultare puta ex infir-
mitate ⁊ hmõi qd̕ licitum eſt qꝛ
ſm apl'm. i. Cor. xij. Que puta-
mus ignobiliora eſſe mẽbra his
honorẽ abundantiorem circũ-
damus. ornatus vero veſtiuꝫ et
hmõi ꝓde ſe non eſt illicitus ſm
Alex. de al. ſuper. ij. ſen. vbi dicit
ꝙ licet ſm nobilitatem pſone ⁊
ꝯſuetudinẽ terre ⁊ dignitatẽ of
ficij ſe ornare veſtibus ꝑcioſis
ita tñ ꝙ abſit libido in volunta
te ⁊ ſcandalũ in exteriori opere
his ꝑſuppoſitis pro vero funda
mento ꝑt dici ꝙ hmõi ornatus
etiã nõ nuptis mulierib⁹ ẽ mor
tale ſi fit ad complacendũ viro
rum aſpectibus ⁊ ad ꝯcupiſcen
dum. Unde Criſ. inquit. Si ſe
mulier d̕corauerit ⁊ ad ſe viſus
hominũ ꝓcurauerit extremam
vindictam ſuſtinebit. Si vero
fit ex quadã leui vanitate vl' ia
ctantia vt qꝛ ſi bene indute fue
rint nobiliores forte reputent̄
ſaltem eſt veniale peccatuꝫ. In
coniugatis autẽ idem dico ſi ex
predictis cauſi s ſe ornent quia
ſimiliter peccant. ſed ſi ſe ornẽt
hac intentione vt placeant viri
ſuis ne per earum ꝯtemptuꝫ la
bantur in adulteriũ non eſt pec
catum. i. Cor. vi. qꝛ tantuꝫ circa
hanc materiã varie ſunt docto.
opi. ꝓinde Aug. ad poſſido. ſcri
bens ſic inquit. Nolo vt de or-
namentis auri vel veſtis ꝓperã
habeas in ꝓhibendo ſententiã
niſi in eos qui nec cõiugati ſunt
nec coniugari cupientes cogita
re debẽt qualiter placeãt deo il
li aũt qui ſunt mundi cogitant
que ſunt mũdi. ſ. quomodo pla-
ceant vel viri vxoribus vel mu-
lieres marit. ⁊ hec oĩa notat
Joh. an. in mercu. in regula. ⁊ q̄
ſunt de regu. iur. li. vi. ſi vxor ni
mis inclita ⁊ negligens fuit in
his que ad eius regimen perti-
nent circa filiorum ⁊ familie ac
rerum dom⁹ gubernationem ⁊
ꝯſeruationem. ⁊ ſi ꝓuidit eis iu
xta merita quorũlibet tam ĩ ſa-
nitate q̃ꝫ in infirmitate vl' econ
tra. ſi ex conſuetudine habꝫ ma
ledicere filios vel eos qui medi
atores fuerunt vt copularet̄ ta
li viro peccatũ eſt vt ſupra ꝑce-
pto. vij. Si vir ſeu mulier filios
ac familiã cũ oportuit corrige-
re neglexit. Nã ad hoc tenẽtur
alias imputabunt̄ eis peccata
eorũ. lxxxvi. di. inferio. A. ⁊ c. faci
entis. Si aliqualiter aliquis eo
rum dedit notabile ſcandalum
vel malũ exemplũ filijs aut fa-
milie puta inhoneſte ei⁹ preſen
tibus quoquomodo ſe habẽdo
vel filiabus iã adultis ſecũ dor-
mientibus carnaliter ſe commi
ſcendo. aut in his q̃ ſunt pecca-
ti mortalis eis ꝯſentiendo mor
tale eſt. Si vxor occulte de pe-
cunijs ſeu rebus viri in notabili

quantitate dedit conſanguine is ſuis vel alijs pſonis aut ludis ſucis ⁊ vanitatibus expendidit ꝯtra eius voluntatē furtū cōmiſit ac mortaliter peccauit et reſtituere tenet̄. Si tamen occulte abſtuliſſet viro exiſtenti furi raptori vel vſurario vt dn̄o reſtituat. ⁊ hoc cuꝫ effectu faciat excuſat̄ a furto ⁊ ſimul a peccato. ff. depoſiti. l. Bona fides. vt notat hoſtienſ. in ſumma ti. de pe. ⁊ re. §. Que pena. v. quid ergo. ⁊ collec. extra de vſur. ſi quiſ ⁊ multomagis excuſat̄ ſi ipſa vxor pticipauit vel conſenſit quoquomodo in taliter acquiſitis. ſcꝫ p furtum rapinaꝫ vſuram ⁊ hmōi ſm. Ho. idem dico d̄ om̄ibus qui ꝑ alijs aliquid male acquiſierunt qꝛ poſſunt illis inuitis vel potius ignorantibus accipe vſqꝫ ad quantitatē pecunie male acquiſite ⁊ reſtituere his quibus debet̄ qd̄ verū credo in cōſcientie foro. niſi immineret piculum ſcandali fraterni vt quia ꝑrimo innocenti ꝑ furto imponi poſſet. vel piculum ꝓprie infamie ꝓprie pſone vel vite aut periculū ꝓprie anime qꝛ ſi forte exigeret̄ ab eo iuramentū an rē ablatā vel pecuniam habuiſſet aut de ea aliquid ſciret de facili periuriū incurreret. ſi quando receſſit a domo patris furtiue ſecū aſportauit de bonis eiꝰ ad iurū. qꝛ tenet̄ om̄ia ei reſtituere ſi pro dote habuit ſuā legitimā vel vltra niſi obtineret ab eo liberam remiſſioneꝫ. ſi vero poſt mortē patris inteſtati nupſit et aliquid a domo fratrū aſportauit de iure cōmuni non tenetur reſtituere niſi computata dote aſportauerit vltra contingentē ſibi portionē totius paterne hereditatis vel niſi ſtatutuꝫ aliqd̄ municipale obſtaret vel niſi renunciaſſet cū iuramto paterne hereditati certificata de ꝓiudicio. nā tūc eis reſtituere teneretur ſm iura. A viduiſ. ſi caſte in viduitate vixit ⁊ honeſte cōuerſationis fuit vt vidualis ſtatus requirit. ſi poſt mortem viri tutrix vel curatrix filiorū remāſit. nam ſi eorum bona male curauit aut diſtraxit tenet̄ ad omne damnum qd̄ proceſſit eius dolo negligentia ſeu culpa. vt in. l. quicquid. C. arbitrium tutele. Idem ſi notabiles elemoſinas de eorum bonis fecit. ſi fecit vl̄ exegit pro filijs contractus vſurarios ſeu alias illicitos tenet̄ ad reſtitutionē vt ſupra precepto. vij. ſi ab heredibus viri ſui pro dote non ſoluta alimēta vl̄ aliud emolimentū recepit reſtituere tenet̄ vt dicit̄. ſ. precepto vij. ſi depoſuit dotē penes campſorē mercatorē vel artificē intendēs percipe aliqd̄ vtilitatis ad diſcretōeꝫ eius ſaluo tamen capitali vſura eſt. vide ſupra ꝓ

cepto.viij.ſi tranſiens ad ſecun-
das nuptias aut alias recedēs
a domo viri aſportauit ſecū fur
tiue de bonis eius vel heredū
vltra ea q̄ ad ipſam de iure pti
nent tenet ad reſtitutōez vltra
peccatū. Si p ſepultura exeq̄is
vel officijs viri vel filiorū dedit
aliquid tpale ſymonia eſt preci
pue ſi interueniat pactū ſeu cō
uentio.i.q.ij.quarū pio. Si tn̄ p
ſona ſecularis que dat pecuniā
p hmōi ſpiritualibus celebran-
dis ſit ſimplex ⁊ innitens mori
ſeu ↄſuetudini patrie ex ſimpli
citate taliter loquatur ac ſi vel-
let ea emere videt pie interpre
tandū eius factū.ſ.q dederit p
modū elemoſine erit tn̄ admo-
uenda ne amplius ſic loquat.

¶ A principibus ⁊ rectoribus ſe-
cularibus. ¶ Ca. iij.

Circa principes et re
ctores ſeculares de
infra ſcriptis fieri
poſſunt interrogati
ones magis ⁊ minus put ſtatui
⁊ ↄditioni eorū expedire videbi
tur. Primo ſi regimē dignita-
tem ſeu dominiū ciuitatis vel
caſtri ſibi vſurpauit vel obtinu
it abſq; vllo ti.nam talis tāq̄ȝ
tirannus ⁊ raptor tenet oēm cen
ſum puentū ⁊ lucrū idē pceptū
reſtituere ⁊ ſalariū qd idē reci-
piūt officiales ⁊ rectores eius ab
eo rapina eſt. Jo ⁊ ipſi ad reſtitu
tionē tenent niſi forte illi offici
ales i omnē euentū erāt neceſ-
ſarij ⁊ vtiles p ↄſeruatōe reipu-
blice illius ciuitatis vel caſtri vt
ptātes ⁊ alij iuſticie adminiſtra
tores. ⁊ talis tyrannus carēs ti.
dominij ſp eſt i mortali. ⁊ geſta
p eum ipo iure ſunt nulla vt no.
Inno ⁊ dn̄s An. d bu.ex d elec.
nichil. ⁊ d reſti.ſpol.in lr̄is. ⁊ ibi
plene p eos de hac materia.ſi p
ſe vel p alios manus violētas in-
iecit pſonas eccl'iaſticas ſeu re-
ligioſas nā pcutiens ſi abſq; ſu
perioris obediētia vel etiā de eius
mandato ⁊ eſt laycus excōicatus
xvij.q.iiij. Si quis ſuadente. Ca
pere tn̄ vel tenere etiā layco li-
cet de mandato platorū ſuorū
ſi vt hmōi pſonas eccleſiaſticas
ab aliorū iniuria inferēda com
peſcat in platorū abſentia ⁊ q̄ȝ
citius pt reſignet de ſen.ex.ca.
vt fame. ⁊ c.vniuerſitatis. ⁊ e.ti.
c.ſi clericos.li.ſexto.ſi coegit per
ſonas eccleſiaſticas bona im-
mobilia ſeu iura eccleſiarum la
ycis quoquomodo ſubmittere
ſeu alienare excommunicatus eſt
ſi admonitus non deſtiterit de
re.eccle.non alie.hoc conſultiſſi
mo.li.vi.ſi aggrauauit eccleſias
ſeu viros eccleſiaſticos. tallijs
ſeu collectis et alijs exactioni-
bus quia ſi monitus non deſti-
terit excommunicatus eſt do-
nec ſatiſfecerit extra de immu.
eccle.non minus. ⁊ capitulo ad-
uerſus. ⁊ hoc verū ē ſ c d bonis

ꝓprijs clericorū qꝫ etiā ipſi⁹ ec
cleſie vt no. glo. ex̄ de vita. ⁊ ho.
cle. c. ſi. optime. Circa hoc ꝺiſti
guit do. An. ꝺ bu. ibidē. ſi extor
ſit ꝑ vim vel metū abſolutionē
ſeu reuocatōez excōis ſuſpenſio
nis vel interdicti nec valuit ab
ſolutio ⁊ nouā excōicationez in
currit. ex̄ de his q̄ vi metus ve
cauſa fiūt. c. abſolutōnis. li. vi. ſi
fecit ſeruauit ſeu ſeruari fecit
leges aut ſtatuta ꝯtra immuni
tatē eccleſiaſticā excōicatus eſt
ex̄ de ſen. ex. grauē. ⁊. c. nouerit.
ſi fecit ſtatuta ꝙ ſoluant̄ vſure
aut ſolute nō reſtituant̄ ſeu ea
nō deleuerit excōicatus eſt vt ī
cle. graui. de vſur̄. Si publicos
vſurarios alienigenas ⁊ non in
de oriundos ad exercendū fen⁹
in terris ſuis admiſit vel admiſ
ſos nō expulit infra tres mēſes
excōicatus eſt vt in. c. vſurarūꝫ.
de vſuris. li. vi. Si emunitatem
eccleſie non ſeruauit extrahen-
do ꝑ vim confugentem ad eaꝫ
ad alium locū ſacrum grauiter
peccauit. xvij. q. iiij. Miror. ⁊ de
bet puniri ſicut pro crimine leſe
maieſtatis ſꝫm Innoc̄. Et nota
per Ioh̄. de legna. ⁊ Ioh̄. ꝺ imo.
in cle. prima. de peni. ⁊ re. Si ec
cleſias ⁊ loca ſacra ſeu religio-
ſa violauit vel ꝓphanauit ꝑ in-
cendium vel effractionē eorum
ſacrilegiū cōmiſit ꝓpter qꝺ ex-
cōmunicatus eſt ipſo iure. ex̄ ꝺ
ſentē. ex. tua nos. ⁊. c. conqueſti.

Con. Inno. ⁊ dn̄s An. de bu. ibi
dem ⁊ dicunt hoc verū ſoluꝫ in
his duobus caſibus. In ceteris
vero ſacrilegi non ſunt ip̄o iure
excōicati ſed excōicandi. Con.
Ric. in. iiij. diſ. xviij. Hoſ. duran.
⁊ Io. de legna. Si bona vel pre
dia eccleſiaſtica inuaſit vſurpa
uit ſeu tenuit abſqꝫ cōſenſu epi-
ſcoporum ſeu rectorū earundē
eccleſiarū excōicatus eſt. niſi ea
eccleſijs reſtituerint. xij. q. ij. qui
cunqꝫ. ⁊. c. ſe. ſi abſtulit aliquid
de bon is eccleſie ſeu de ꝑtinen
tibus ad ius ſacerdotū vt cali-
ces paramēta ⁊ huiuſmodi do
mino ſemel conſecrata mortali
ter peccauit. ⁊ vt ſacrilegus de-
bet excōicari. xij. q. ij. Nulli lice-
at. Si dedit licentiam grauādi
vel moleſtandi quoquomodo ī
perſona vel rebuſ iudices eccle
ſiaſticos propter hoc ꝙ ab eis
fuerit ſententia excōmunicatio
nis ſuſpenſionis vel interdicti ī
aliquos dominos rectores ſeu
officiales promulgata excōmu-
nicatus eſt. vt in. c. quicunqꝫ. de
ſen. ex. li. vi. Si fuit heretic⁹ fau
tor aut defenſor eorum excōmu
nicatus eſt ip̄o iure. xxiiij. q. i. c. i
⁊. ij. ex̄. e. ad abolendā. ⁊. c. excō-
municamus. i. ⁊. ij. ⁊ alias multi
plici pena punitur in iure. ſi mi
ſit prohibita ſaracenis ſeu de
ſuis portubus vt eis deferātur
extrahi permiſit. aut eis auxili-
um vel fauorez p̄ſtare p̄ſumpſit

ip̄o facto excōicatus eſt. extra ď iudeis. ita quorundā. ⁊ c. ad libe randā. ſi xp̄ianos naufragiū pa tientes reb⁹ ſuis ſpoliauit niſi reddiderit excōicatus eſt. ex̄. de rap. excōicationi. vide ď hoc eti am ſupra p̄cepto vij. Si fecit vl̄ ꝯceſſit repſſalias ꝯtra perſonaſ eccl̄iaſticas generaliter ſeu ſpe cialiter niſi infra menſem reuo cauerit excōicatus eſt vt in. c. ⁊ ſi pignorationes. de iniur̄. ⁊ dā. da. li. vi. ⁊ in regula nō ꝺebet. e. li. in mercu. p Jo. an. Sꝫ ſi ad ec cleſias in quibus patronus fuit ydoneos n̄ p̄ſentauit ſꝫ ineptos ydeotas vl̄ ꝯcubinarios ⁊ alias malos ꝓ̄ſentauit. vel ſubditos ſuos eccleſiarū patronos tales eligere ac preſentare perſuaſit mortaliter peccauit Si recepit pecuniā vt preſentaret aliquē cum eſſet patronus vl̄ vt ſuppli caret pape ſeu ep̄o pro benefi cio alicui conferendo excōicat⁹ eſt excōicatione papali vide in fra. c. x. Si noua pedagia guida gia ⁊ hmōi poſuit ſeu inſtituit vel etiā antiqua augmentauit. q̄uia non licet niſi de imp̄atoriſ vel regis vel latera. con. licētia ⁊ autoritate vel ex antiqua con ſuetudine cuius initij nō extat memoria introducta ſint ex̄ de v̄. ſig. ſuper quibuſdā ⁊ contra formā predictā faciens excom municatus eſt excōicatione pa pali. vt habet̄ in excōicatōibus

proceſſus curie. ⁊ tenet̄ ad reſti tutionem omniū que exegit illiſ a quibus accepit ſi ſciunt̄ alio quin erogent̄ in pias cauſas. ſi vero autoritate p̄dicta ex cau ſa irratōnabili noua inſtituit vl̄ antiqua ⁊ conſueta augmenta uit ⁊ de hac autoritate appare at vt ibi. tunc ſi ip̄e fecit illud ꝓ pter qꝺ impoſita ſunt ⁊ in futu rum intendit facere puta refice re pontes tenere. ſtratam publi cam ſecuram manu tenere. iuſti ciam ⁊ hmōi licite poteſt exige re ab aduenientib⁹ vel tranſeū tibus noua ⁊ antiqua adaucta alias ſi propter defectum iuſti cie vl̄ quia ex negligentia ſeu cu piditate non tenet ſecura itine ra nolens expendere viatores ī perſona offenduntur vel rebus expoliantur aut aliqꝺ damnuꝫ patiantur tenet̄ eis ad plenari am ſatiſfactionem ſm hoſti. xx iij. q. ij. do. Et qꝺ ſupra dixi ꝙ li cite poteſt exigere vectigal in telligitur ſolum pro rebus q̄ ne gociationis gratia deferuntur. Non autem pro rebus que ad vſum proprium vel ad vtilitatē fiſci aut gratia iuris exercendi portantur. C. de vec. ⁊ con. l. vni uerſi. ⁊ glo. in. d. c. ſuper quibuſ dam. qꝺ verum eſt de iure ſꝫ nō de conſuetudine hoc non ſerua tur. ſed hoſt. in ſum. e. ti. dicat ꝙ hec conſuetudo eſt irrationabi lis nec poteſt facere ꝙ debeat̄

vecti. ꝓ ꝑ̄dictis rebus qđ videt᷑
verū quo ad forēſes ſed quo ad
incolas forte pͦt tollerari talis
ↄſuetudo. ſ. ꝙ ſoluat᷑ vecti. etiaꝫ
ꝓ rebus ad vſum ꝓprium perti
nentibꝰ ſaltem de fructibꝰ no-
uis terrarū que ſupponunt᷑ ad
ſupportandū onera loci de qui
bus nullū ad hoc foret ſolutum
vectigal ab eis. ſecus aūt đ his
quas emerent ꝓ quibus ſemel
ſolutuꝫ fuiſſet. ⁊ ſic videtur ſen
tire Jo. de imo. in cle. ſi. de cē.
Si fuit rebellis contumax ⁊ in
obediens ſupioribus ſuis ī his
que de iure tenent᷑. p̄cipue pa-
pe vel ep̄o non curando ſenten
tias excōicationis aut interdi-
cti. cū excōicatus ſeu interdictꝰ
eſſet diuinis ſe ingerendo vel
alias ſeruare nō permittēdo eſt
excōmunicatus. vt in cle. grauiſ
de ſen. ex. ſi bellum ſcienter aſ-
ſumpſit iniuſtum ſeu de quo ꝓ
babiliter dubitauit mortaliter
peccauit. Nam ſm hoſtiē. ex eo
ꝙ bellum non apparet clare iu
ſtum preſumitur iniuſtuꝫ ex par
te mouentis. extra de iuſiur. ſi-
cut eſt ꝗ tenetur ad reſtitutōeꝫ
omnium damnorum inde ſeqn
tium. licet ſubditus in bello du-
bio excuſetur vt ſupra precepto
ſeptimo. vbi de hoc plene. Si
bellum iuſtum cum autoritate
ſuperioris mouit ⁊ ea que in iu
ſto bello de iure ſeruari debēt
ſeruauit ⁊ pro poſſe ſeruari fe-
cit. Nam alias peccauit ⁊ tene
tur ad reſtitutionem omniū ab
latorum extra de reſti. ſpol. o iꝫ
⁊ ibi Inno. Si fidem promiſſaꝫ
etiam inimicis violauit vl' treu
gas non ſeruauit mortale eſt. ni
ſi ipſi fidē prius violaſſent. xxiij
q. i. noli. ſi obſides ſuos nō libe-
rauit mortale eſt. ſi a ſubditꝭ ex
egit vel extorſit vi vel metu col
lectas ſeu ſeruitia indebita in
perſonis vel rebꝰ ſuis aut alias
quoquomodo grauauit indebi
te ⁊ ↄtra peccata ac ↄuenta cū
eis rapinā cōmiſit. vide plene ī
piſa. c. talia. ſi bona immobilia
aut iura cōitatis vel ſubditoruꝫ
quoquomodo ſibi vſurpauit vl'
aliquē iniuſte ꝓſcripſit ⁊ eiꝰ bo
na ↄfiſcauit mortale eſt ⁊ tenet᷑
de omī damno. ſi decedentibus
ſine filijs nō ꝑmiſit teſtari vel le
gare ad placitū. aut decedētibꝰ
inteſtatis noluit ſuccedere eos
ad quos de iure ꝑtinebat here
ditas. ſed ſibi eā vendicauit te-
net᷑ omīa eis reſtituere niſi ibi
eſſet ↄſuetudo p̄ſcripta ſm ho
ſtienſ. Si leges ſtatuta vel de-
creta grauia ⁊ iniuſta fecit vel
ꝙ fierent cauſa efficax extitit.
nam ſi ſint ↄtra ius naturale ip
ſo iure non tenent. di. viij. q cō-
tra mores. xxxij. q. iiij. flagicia. ⁊
hmōi conditor ſtatutorū vel le-
gum ⁊ eius heredes tenentur
reſtituere dānificatis omne dā
num qđ ex eis contingit ſm du

an. Si officia regiminis vendi
dit grauiter peccauit. nam hoc
ſtrictiſſime prohibetur. C. ad. l.
iul. ⁊ pe. l. fi. Si vero mutuū ac-
cepit ab officialibus hoc pacto
ſeu ꝯuentione ꝙ ſibi ſatiſfaciat
de officio vſura eſt. qꝛ ꝓ mutuo
ipſi officiales accipiūt officiū ꝓo
teſtatez. Unde ⁊ ipſi tenentur
reſignare officio ⁊ reſtituere q̇d
quid habuerint vltra ſortem. et
ipſe dn̄s qui dedit eis peccandi
occaſionez ꝑticeps eſt criminis
ſm̄ tho. ⁊ in piſa. vbi ſupra. Si
officiales tyrannos ⁊ cupidos ī
terris ſuis ſcienter poſuit vel ex
quo eos ſe male habere in offi
ciīs ſuis intellexit non remouit
ſeu prouidit cum potuerit ſine
damno reipublice ⁊ ſine ꝑicu-
lo proprie perſone tenetur in ſo
lidum reſtituere om̄e damnuz
qḋ ipſi officiales intulerunt in-
iuſte ſubditis ſuis ſm̄ Sco. i. iīj
di. xv. Si in officiīs publicis po
ſuit iudeos. nam hoc prohibet̄
liiij. diſt. Nulla. xvi. q. iiij. Conſti
tuit. nec licet eos grauare colle
ctis vltra conſuetum ſecunduz
Tho. nec expellere vt in. c. Nō
ſuper his. extra de vo. notat In
noc̄. ⁊ Ioh. an. Si nimis durus
⁊ vindicatiuus fuit ſeu homici-
da mutilationes ⁊ huiuſmodi
ſeua iniuſte. vel etiam iuſte. nō
tamen iuſticie zelo. ſed potius
vindicta ⁊ odio procurauit vel
permiſit. Nam vtroq; caſu eſt
mortale ⁊ in primo tenetur de
omni damno. ſi penas vel emē
das in pecuniam propter cupi-
ditatem vel odiū ⁊ non ꝓpter
correctōes delinquentiū extor-
ſit vel vltra debituz accepit vel
penas corꝑales aut mortis ī pe
cuniariā ꝓpter cupiditatem et
auariciā ꝯtra iuſticiā cōmuta-
uit. qꝛ mortale eſt ⁊ tenet̄ de iu
ſto damno. ſi iuſticiaz vendidit
vel munera vnq̄z accepit vl̄ im
pediuit ſeu vt debuit miniſtra-
re noluit aut latrones fures et
hm̄ōi malefactores in terris ſu
is inualeſcere ex eius defectu ꝑ
miſit aut ſuſtinuit ſeu nō obuia
uit. tenetur de omni damno. ſi
exiſtens ipſe vaſallus alteri⁹ non
ſeruauit ei fidelitatem in his q̄
de iure debuit iuxta formam iu
ramenti quia mortale eſt. Si in
terris dominīj ſui ſuſtinuit iniu
ſtas menſuras ⁊ pondera aut in
iuſta precia rerum venaliū ſciē-
ter qꝛ mortale ⁊ teneri videt̄ ſi
cōmode pōt obuiare. Si pupil-
los viduas ⁊ pauꝑes nō defen-
dit ꝯtra oppſſores ſuos vt tene
tur. lxxxiij. di. error. ⁊ lxxxvij. d. ꝑ
totū. Si ābicioſus fuit iordina
te aſpirās ad dignitates ⁊ dn̄ia
vel ſic ad ea afficiat̄ ꝙ ne ſtatū
ꝑderet ſeu vt ampliaret pecca-
re mortaliter parat⁹ foret vl̄ hāc
vitā nunq̄z finire vellet morta
liter peccauit. Si ꝑtialis eſt aut
partiales ſuos fouit et ſuſtinuit

mortale eſt. Si nimis ſumptuo
ſus ⁊ curioſus fuit in edificijs
veſtitu ⁊ apparatu ciborũ equo
rum ⁊ familie in canib⁹ auibus
ꝯuiuijs põpis ⁊ hmõi. ſi nimis
ſe occupauit ⁊ familiã in vena
tionib⁹ ⁊ aucupijs precipue die
bus feſtiuis obmiſſis miſſa ⁊ di
uinis. Et propter hoc ſubditos
grauauit vel eorũ ſata vł nemo
ra vaſtauit vltra mortale tenet
de illato dampno. ſi duella haſti
ludia torneamenta aut alia ſpe
ctacula anime vel corꝑi ꝑiculo
ſa fieri fecit vel ꝑmiſit mortali
ter peccauit. Si hiſtrionib⁹ ſuꝑ
flue tribuit ⁊ hmõi turpes ꝑſo
nas in curia tenuit. q: non licet.
vide infra. e. ti. c. xij. Si de hone
ſtate morum ⁊ caſtitate familie
ſue nõ curauit ſed impudice ſe
habẽtes cũ maſculis ⁊ feminis
retinuit nec cum poſſet correxit
mortaliter peccauit. Si eſt ꝯiu
gat⁹ interroga vt ĩ ꝑcedenti. c.

¶ A iudicibus ordinarijs ſeu
delegatis laycis vel eccleſiaſti
cis ⁊ alijs ꝑſonis que in iudicijs
ꝯcurrunt aſſeſſoribus actoribus
reis ⁊ teſtib⁹. ¶ Ca. ¶ iiij.

Circa iudicẽ ſecularẽ
ordinariũ ſeu dele
gatum poſſunt ſic fi
eri interrogatõnes.
Primo ſi iuriſdictõnẽ ſeu po
teſtatem iudicandi ſibi vſurpa
uit. Nã ſic iudicãdo mortaliter
peccauit cũ talis poteſtas nullã
tribuat autoritatem ⁊ ſimiliter
mortaliter peccauit ſi fines mã
dati ſue poteſtatis ſcienter vel
ignorantia craſſa exceſſit. Si ti
more cupiditate odio vel amo
re vel alia cauſa iniuſte iudica
uit nã ſi hoc ſcienter fecit mor
taliter peccauit ⁊ tenet in foro
iudiciali ⁊ etiã penitẽtionali le
ſo ad omne intereſſe. ſi ille ꝓ quo
ſententiã tulit iniuſtã nolit vel
nõ poſſit ſatiſfacere. ex de iniur.
ſi culpa. ij. q. vi. hoc etiã placuit
in glo. Con. Rai. hoſti. ⁊ vuer. ſi
iniuſte ⁊ male iudicauit ꝑ igno
rantiã. Nam ſiue ſit ordinarius
ſiue delegatus ſiue arbiter ſi ex
ignorãtia craſſa hoc fecit vt q:
per ſe neſciebat q̃d cõmuniter
ſcire debebat nec a peritis inue
ſtigare curauit aut ſi ſciebat ſtu
dere tñ ⁊ videre materiam ne
glexit vel aſſeſſorem aſſumere
noluit ſeu minus ydoneũ aſſum
pſit in foro penitentionali tene
tur ad omne intereſſe parti leſe
vt in ꝑmo caſu ſm Rai. ⁊ vuer.
Si vero ignorantia probabili ⁊
prehabita omni debita diligẽ
tia ſtudendo ſcilicet ⁊ ꝑitos cõ
ſulendo ⁊ nil de contingentib⁹
ad rei veritatem veſtigandam
omittẽdo male iudicauit excu
ſatus eſt ab obligatione reſtitu
tionis ⁊ eo caſu ſi hoc de conſi
lio aſſeſſoris fecit ipſe aſſeſſor in
ſolidum tenetur parti leſe ſiue
male conſuluerit ſcienter ſiue

ignorantia vel negligentia ſua. ff. q quiſq; iuris. l. ij. Con. Ray. hoſti. ⁊ vuer. Si accepit pecuniam vt male iudicaret nō ſolum tenetur vt ſupra ad omne intereſſe ſed etiā pecuniam ſic acceptam tenetur reſtituere non ei qui dedit cum turpiter dederit ſed ei in cuius iniuriam recepit. i. q. i. Iubem⁹. ⁊ c. ſe. Si accepit pecuniā vt iudicaret vel vt non male iudicaret tenet̃ reſtituere ei qui dedit niſi dediſſet vt animum iudicis corrumperet. ij. q. iij. Qui recte. ⁊ ibi glo. ⁊ archi. cum hoſti. ⁊ Ray. Si cu; tenet̃ iudicare noluit ⁊ ꝓpter hoc aliquis amiſit ius ſuū tenetur reſtituere totam litis extimatōe; ei qui ꝓpter hoc leſus eſt. xxiij. q. ij. dominus. ⁊ q. v. adminiſtratores. con. vl. Si exiſtens iudex inferior a principe penam a iur̃ taxatam reo totaliter relaxauit ſeu diminuit cum de iure non poſſit peccauit ⁊ tenetur ſatiſfacere cōmunitati vel accuſatori cuius q̄ꝗ; intereſt vt re⁹ puniatur ꝓpter aliquā iniuriam ſibi illatam ſm Tho. ij. ij. q. lxvij. Con. hoſti. Si iniuſte reo auxit penam a iure taxatam tenetur ei reſtituere ſi ſoluit ſm Tho. ⁊ Ray. Si iudicauit ſm allegata ⁊ probata contra tamen veritatem quā ipſe nouit l; tho. vbi ſupra ⁊. ij. ij. q. lxiiij. dicat in hoc caſu iudicem excuſari ſi nō poteſt alteri innoxium liberare attamen ꝯtrarium tenet Alex. de hal. in tercia ꝑte ſum. di. xli. ar. iij. q. i. ⁊ Nic. de ly. exod. xxiij. Con. hoſti. Al. ⁊ vuer. Gemi. in c. cu; eterni. de ſen. ⁊ re. in li. vi. dicit q opi. tho. poteſt ꝓcedere vbi agitur de pena retractabili ⁊ in ſententia que poteſt retractari ꝑ viā appellationis. ſecus vbi agitur de pena corporali q̄ eſt irretractabilis. Et hec opi. videtur ſatis inniti rationi. Si iudex ſine indigentia in fraudē accepit aſſeſſorem nam tunc de ſuo ei ꝓuidere tenetur. vt in. c. ſtatutu;. de reſcrip. li. vi. vbi declaratur per archi. ⁊ Io. an. quādo dicatur in fraude; aſſumere aſſeſſorem. Si exiſtens iudex ordinarius accepit aliquid a partibus peccauit mortaliter ⁊ reſtituere tenetur vt ſupra qr nō licet iudici iuſtum iudicium vēdere nec aliquid pro ſallario accipere. xi. q. iij. non licet nec etiā ſumptus. Delegatuſ vero nihil preter expenſas petere poteſt ⁊ modica enſenia. i. oſculenta ⁊ poculenta vt ibi ⁊ ex̃ d vi. ⁊ hodieri. cum ab omni. ⁊ per ſpe. ti. de ſar. ſi con. piſa. iu. i. ⁊ iiij. Si exiſtens miniſter iudicis executus eſt eius ſententiam iniuſtam. nam ſi hoc ſcit certitudinaliter non excuſatur a mortali nec debet obedire. Si vero dubitat tūc enī excuſat̃ obediēdo

xi.q.iij.quid ergo.⁊.xxiij.q.i. q̄d
culpatur.⁊ notat A. bo.ij.ij.q.lx
iiij. Concordat Ra.ta iudice ec
cleſiaſtico ordinario ſeu delega
to. Si officium aſſumpſit iudi-
candi neſciēs iura grauiter pec
cauit. Nam ⁊ ſi layco illiterato
dūmodo habeat conſuetudinē
⁊ peritiam iudicandi poſſit cau
ſa cōmitti non tamen eccleſia-
ſtico iudici hoc poteſt cōmitti
niſi ſit peritus mediocri ſaltem
iuris ſententia. C. de iudi. Cer-
ti iuris.di.xx.c.i. Si pro iuriſdi-
tione aut poteſtate eccleſiaſti-
ca obtinenda dedit aliquid tē-
porale.nam cum tale ius ſit ſpi
rituale non eſt dubium ꝙ mor-
taliter peccauit ⁊ ſymoniam cō
miſit.extra ne prelati.vi.ſu.c.i.
xx.⁊.xxx. Et idem eſt ſm hoſti.ſi
conuenit.de certa quotta pro-
uentus ſeu lucri licitum tamen
eſt epō ⁊ cuilibet alteri prelato
pure ⁊ ſimpliciter committere
vices ſuas ⁊ deinde tali eius vi
cario ꝯſtituere certum ſalarium.
vt no.glo.in.d.c.i.⁊ Ab.ſy.ibi.ſi
exiſtens ordinarius vel delega-
tus ꝯtra ꝯſcientiam ⁊ iuſticiam
in grauamē alterius ptis in iu-
dicio quicq̄ȝ fecit ꝓ gratia vel
ꝓ pecunia ſuſpenſus eſt ꝑ annū
ab executione offi.cij.extra de
en.⁊ re iudi.cum eterni.li.vi.i
ſentētias excōmunicationis ſu
ſpenſionis vel interdicti nimis
de facili fulminauit. Nam hoc
non licet niſi pro contumacia ⁊
peccato mortali x.q.iij.nemo.⁊
c.ſi aūt nobis.⁊ ſi ſine monitōe
legitima premiſſa vel ſine ſcri-
ptis ſeu alias contra ordinē iu-
ris grauiter peccauit ⁊ ē ſuſpen
ſus ab ingreſſu eccleſie per mē-
ſem vnum extra de ſen.ex.ſacro
A iudice tam ſeculari q̄ȝ eccle
ſiaſtico. Si ordine iudiciario nō
ſeruato iudicauit grauiter pec-
cauit.nam nullus eſt condēnan
dus niſi iudicō ordinabiliter ha
bito aut cōuincatur aut reum
ipſe ſe confiteatur niſi alias cri
men foret manifeſtum.ij.q.i.
his omnibus.ſi partem contra
riam iniuſte quoquomodo gra
uauit dilatōnes contra ius aut
queſtiones ſeu inquiſitōnes ad
quas reſpondere nō tenebatur
fecit.ſi doloſe locum appellan-
di dedit.aut poſt appellationem
legitimam in cauſam proceſſit
ſeu allegationes friuolas fecit
vel admiſit. Si diebus feſtiuis
exercuit iudicialia prohibitū ē
extra de fer.c.i.ſi pauperibus vi
duis et orphanis non ſubuenit
vt tenetur.nam ſi ſcienter deli-
quit in quolibet predictorum vi
detur eſſe mortale ab accuſato
re ſeu actore.

Quoniam accuſator
ſeu actor requiritur
in iudicio. Nam in
dicis eſt neminem ſi
ne accuſatore damnare.ij.q.i.

multi. Ideo ab eo poteſt ſic in-
terrogari. Si aliquem accuſa-
uit de crimine nam ſi calumni-
oſe egit imponendo ei falſum
crimen ex malicia vel petendo-
ei aliqua bona tanq̄ʒ ſibi debi-
ta que tamen nouit ſibi non de-
beri ī vtroq; caſu peccauit mor-
taliter. Et d̄ omni damno inde
ſecuto tenetur leſo modo ſibi
poſſibili ſiue leſus fuerit in tem-
poralibus ſiue in fama vel in p-
ſona. xiiij. q. v. Non ſane. in fine
ꝛ eadem cauſa queſtione ſexta
ſi res tamen ſe manifeſtare poſt
factum vbi vite immineret pi-
culum nunq̄ʒ tenetur. ſi pro in-
greſſu cauſe criminalis pecunia
corruptus aut rei accuſati vel
amicorum eius precibus indu-
tus inordinate deſtitit a perſe-
cutione cauſe incohoate. ſcilicet
colludendo cum reo ꝛ non indu-
cendo legitimas probationes
quas habet contra eum morta-
liter peccauit quia impedit bo-
num reipublice quod procura-
tur per punitionem criminum
ſecundum Tho. ſecunda ſecun-
de. q. lxviij. ſecus ſi eſſet in cauſa
ciuili vbi agitur de temporali-
bus ꝛ de indemnitate ſiue acq̄-
ſitiue iure ipſius actoris. nam q̄-
libet poteſt renunciare iuri ſuo
vij. q. i. q̄ʒ periculoſum habens.
ſi iuſtam cauſam ſiue criminalē
ſiue ciuilē per indebita media
eam proſecutus eſt vtendo mē-
dacijs in iudicio falſis inſtrumē-
tis ꝛ teſtibus. ac probationibus
alijs ne perderet eā q̄ꝛ licet mor-
taliter peccauerit ſm̄ Tho. vbi
ſ. q. lxix. ꝛ. xx. q. ij. faciat nō tamē
tenet̄ ꝑpter hoc ad aliquid al-
teri parti cum certus foret vel
ſaltem p̄ſumeret habere cauſaʒ
iuſtā ꝛ ſic in veritate tandem re-
perit. Et hoc verum in cauſa ci-
uili. ſecus aūt in criminali q̄ꝛ ni-
ſi certus ſit de crimine ꝛ poſſit
legitime ꝓbare ſi accuſaret nō
excuſaretur a mortali. Si qñq;
aliquid obtinuit ex iniuſta ſen-
tentia data ꝓ eo a iudice. Naʒ
ſm̄ omnes doctores. ſi habuit
malam conſcientiam dum pen-
debat litigiū reſtituere obligat̄
nec ſentētia eū defendit. vel ſi p
falſos teſtes vel falſa inſtrā vel
falſas allegatōes ſciēter obtinu-
it tenet̄ vt. ſ. vt i. l. i. C. ſi ꝑpter
falſas. Si vo tp̄e late ſententie
fuit bone fidei ſʒ poſtea habuit
certā noticiā q̄ ſentētia ꝓ ſe da-
ta fuit iniuſta q̄zuis ſententia ex
quo iā trāſiuit in rē iudicatā et
ꝯdēnat⁹ n̄ ſe appellauit videat̄
excuſare eū ꝓ quo data eſt ſm̄
hoſt. in ſū. de ſen. §. ij. tn̄ q̄ꝛ hoc
ē cōtra ius naturale. ꝛ q̄ꝛ nemo
dʒ locupletari cū alteri⁹ iactura
vel damno. d̄ reg. iur̄. locupleta-
ri. li. vi. Ideo ſm̄ theologos tal̄
tenet̄ reſtituere ſic habita ꝛ ſic
notat Innoc̄. ꝛ dn̄s An. de bu.
extra de immu. ec. quia plerique.

A reo. ſi aliqñ accuſatus ſeu im
peditus ſup aliqua re iuridice a
ſuo iudice dixit falſitatē vel ta-
cuit veritatē. nā ſiue hoc fuerit
in cauſa ciuili cū ageret̃ de re
tpali ſiue in cauſa criminali cū
accuſaret̃ de aliquo crimine et
adderant ſemi pbatões vel cū
inquirebat̃ ſup crimine de quo
erat infamat⁹ peccauit mortali
ter ſm tho. ij. ij. q. lxix. ſecus aūt
ſi de hoc requireret̃ a nō legiti
mo iudice. vel etiā a legitimo
ſed nō iuridice. Si accuſat⁹ vel
impedit⁹ calūnioſe ſe defendit.
ſcʒ falſitatē dicēdo vel veritatē
tacendo quā dicere tenet̃. vt. ſ.
aut alias fraudē ꝛ dolū adhibē
do mortaliter peccauit etiam ſi
cauſam iuſtā habuiſſet. ꝛ ſi iura
mentū calumnie ꝓſtiterat vt in
cauſa criminali fieri debet ex ꝯ
iuramento calū. inherentes. per
iurus eſt. vt notat Tho. ij. ij. q.
lxij. ſi poſt ſententiā contra eū
latam ſe appellauit cauſa affe-
rende more ve contra eū iuſta
ſentētia exequat̃. peccauit mor
taliter. quia contra iuſticiā egit
ideo puniendus eſt ꝛ leſo tene
tur de damnis ꝛ expenſis. ſcḋa
q. vi. patet. con. tho. ſecus autē
ſi appellauit credens habere iu
ſtam cauſam. ¶ A teſte. Si ī
iudicio requiſitus ſciēter dixit
falſitatem mortaliter peccauit
ſm tho. ij. ij. q. lxx. ꝛ eſt piur⁹. nā
teſtis ſemp iurat dicere verum

alias nō crederet̃ ei quātecū
religionis foret. ex. e. nup. iij. q.
ix. hortamur. ꝑt tñ in criminali
cauſa remitti iuramentū de cō
ſenſu partiū. niſi in cā mrimoni
ali. ex. e. tuis. tenet̃ inſup ſciēter
falſū teſtificās in foro ꝯtentio
ſo de om̄i damno leſo inde ſecu
to. ij. q. i. notū. ꝛ. xiiij. q. vi. ſi res.
ſi rē ſibi dubiā teſtificando cer
tam aſſeruit mortaliter pecca-
uit ꝛ eſt piurus. ſi iurauit ſe ſcire
qḋ neſcit ꝛ tenet̃ ad reſtitutōem
ſi exinde qs damnificat⁹ eſt iu-
ſte. dʒ igit̃ certū ꝓ certo aſſere-
re ꝛ dubiū ꝓ dubio ꝓferre. cō.
tho. ſi tñ ex labili memoria cō-
tingeret ꝙ quis crederet ſe cer
titudinaliter ſcire qḋ neſcit vi-
det̃ excuſari a mortali ꝛ a reſti-
tutōe ſm tho. vbi. ſ. ar. xxiij. q. v.
de occidēdis. ſecus ſi ex impme
ditatōe ꝛ negligētia. Si ꝓ teſti
monio ferēdo pecuniā accepit
mortaliter peccauit. xiiij. q. v. nō
ſane. ꝛ ſi hoc fuit in cauſa ſpiri-
tuali ſicut eſt mrimonialis ꝯ de
cimis ꝛ hmōi ſymoniā cōmiſit.
ꝑt tñ teſtis accipe expenſas ab
eo ſolū q̇ eū ꝓducit ſi forte con
tingat ex teſtimonio ferēdo die
tā vl̄ opaʒ ſuā vel lucrū ꝛ hmōi
dimittere vel ꝑdere. Accipiēdo
aūt illicite pecuniā ꝓ teſtimoio
r̄ſtituet ei a quo accepit niſi ille
dederit ad corrumpendū teſteʒ
nā tunc debet̃ ei in cui⁹ iniuriā
accepit vel pauperibus ¶

¶ Ab aduocatis iuriſconſultis ⁊ ꝓcuratoribus. ¶ Ca. v.

PRimo interrogꝫ cōfeſſor ab aduocato ſi aduocauit ꝓhibitus a iure. nā ſi ſciēter hoc fecit videtur peccaſſe mortaliter. Si ſcienter defēdit cauſam iniuſtā vel deſperatam mortaliter peccauit. ⁊ tenet̄ ad reſtitutionē alteri ꝑti ſm tho. ij. ij. q. lxxi. ſed ſi ex ignorātia ſua nō cognouit iniuſtā eſſe cauſam ⁊ ideo eā defendit excuſatur eo modo quo ignorātia excuſare poteſt. Si vero ignoranter ab init o iniuſtā ſuſcepit ⁊ poſtmodum in ꝓceſſu iudicij cognouerit eā talē om̄ino relinquere debet ⁊ clientulo conſulere ꝙ deſiſtat ⁊ cedat vel cōponat cuꝫ aduerſario de cōmuni concordia ſine fraude vt in. l. rem nō nouā C. de iudic̄. hec Tho. ⁊ Ray. in cauſa vero dubia licite pōt patrocinari ſm. xx. Si fideliter ⁊ legaliter inquantū iuſticia permittit cauſaꝫ ſui clientuli fouit ⁊ defendit nichil de ꝯtingentibus omittendo. Naꝫ ad hoc tenetur. ⁊ ſi ꝓpter ſuā imprudentiam vel negligentiā notabileꝫ qꝛ noluit diligēter ſtudere et laborare prout cauſa expoſcebat amiſit eaꝫ mortaliter peccauit. ⁊ tenet̄ ad reſtitutioneꝫ damni inde ſecuti clientulo ſuo. ff. d̄ of. ꝑſi. l. vtilitas. Idem Rai. ⁊ hoſt.

Si prodidit aduerſario ſecreta clientuli ſui vel alias dolo malo fecit ei perdere cauſam iuſtam mortaliter peccauit ⁊ tenet̄ vt ſupra. ff. de iudic̄. l. filiuſfamilias Si in aduocando debito modo vſus eſt. Nā non licet ꝓponere vel aduocare ꝓcaciter ꝯuiciando ſeu vociferando ⁊ tales ꝓcaces aduocati qui non ratione ſꝫ ꝓbris putant eſſe decertanduꝫ reddunt̄ infames. iij. q. vij. ſi q̇s a deo. Si falſa iura leges vl̄ gloſas allegauit ſeu falſa inſtrumēta aut falſos teſtes vel corruptos ac falſas ratōes ſeu ꝓbationes iuris vel facti induxit vl̄ ꝓduxit mortaliter peccauit. Si quoquomodo aduerſario ſui clientuli bonam cauſam abſtulit. vel in aliquo eum grauauit petendo dilationē ſupfluā faciēdo poſitionē duplicē vel cauilloſaꝫ vel ꝑ inſtructōeꝫ falſi teſtis vel qꝛ induxit clientulū ſuum vt negaret veritatē ⁊ hmōi. In oibꝰ his ſm hoſti. tenet̄ inſolidū aduerſario quo ad verū intereſſe. Idem dicendū de iuriſconſulto ⁊ ꝓcuratore ſi ſciēter opē vl̄ cōſiliū dederint in cām iniuſtā. et eorū ope vel ꝯſilio obtenta ē victoria cauſe alias nō. ex. de reg. iur̄. null᷒. li. vi. Si iniit vllū cōtractum vel vllā pactōeꝫ fecit cum collitigatore quē in ꝓpriam recepit fidem nā hoc ꝓhibitū eſt. iij. q. vij. ſi q̇ꝫ a deo. Si ſalariuꝫ

immoderatuꝫ recepit peccauit
⁊ reſtituere tenet̃ ſm tho. Naꝫ
q̃uis licite poſſit petere mode
ratũ ⁊ de eo paciſci ſiue ab ini-
tio ſiue finita cauſa. xiiij. q. v. c. ñ
ſane. nõ tñ immoderatũ petere
pt ⁊ attendit̃ moderamẽ ſalarij
ſm Alex. de hal. in. iij. parte. di.
xliiij. ſecundũ quantitatẽ cauſe
laborẽ aduocãtis ſcientiã ⁊ fa-
cundiã aſſeſſoris vel aduocati ⁊
conſuetudinẽ regionis. iij. q. vij.
apud vrbẽ. Con. tho. ſi pactum
inijt cũ clientulo de quotta pte
litis puta de decima vel cente-
ſima. nã hoc nõ licet ⁊ ꝓhibet̃.
iij. q. vij. §. arcent̃. ſi dieb⁹ feſti-
uis ſe occupauit ĩ ſtudio ⁊ alijs
ad officiũ aduocatõis ptinenti-
bus. nõ ꝓ elemoſina vel intuitu
pietatis ſꝫ lucri cauſa vel cõmo
di tpalis peccatũ eſt. Si aduo-
cauit ꝯſuluit vel ꝓcurauit ſciẽ-
ter ĩ cauſa vſuraria mortaliter
peccauit. ⁊ ſi ei⁹ ope vel cõſilio
aliq̃s ſententiat̃ ad ſoluendum
vſuras vel q̈ ſolute nõ reſtituan
tur videt̃ ipe teneri. Si in cau-
ſa pauperũ ⁊ miſerabiliũ ꝑſo
narum iuſta patrocinũ ꝓſtitit.
Nã ad hoc tenet̃ eo modo quo
ad alia opa miſericordie de qui
bus. lxxxv. diſ. nõ ſatis. Hec fere
oĩa interrogari poſſunt a iur̃
conſultis ⁊ ꝓcuratorib⁹.

A notarijs. Ca. vi.

Si officiũ tabellionat⁹ ex
ercuit imꝑitus ⁊ inexꝑ
tus exñs. nã ſi ex notabili igno-
rantia male dictauit inſtrumẽ
ta vel teſtamẽta ſeu debitas ſo
lennitates ⁊ clauſulas omiſit q̃
bus validant̃ ꝯtract⁹ ⁊ inſtrumẽ
ta ꝓpter qḋ exorta ſunt litigia
⁊ bona ꝑdita mortaliter pecca
uit ⁊ tenet̃ de omni dãno inde
ſecuto. Ideꝫ eſt ſi hoc accidit ex
ei⁹ notabili negligẽtia. Si falſi-
ficat aliq̃ inſtrumenta aut ſcri-
pturas ſuas vel alienas adden-
do vl̃ minuẽdo mortaliter pec-
cauit ⁊ tenet̃ ḋ oĩ dãno inde
ſecuto. ſi rogatus in teſtis eorũ
q̃ nõ erãt mẽtis ſue cõpotes ſꝫ
a ſenſu alienati ſciẽter notauit
teſtñ eorũ tanq̃ꝫ vſuꝫ rõis ha-
bentiũ. nã peccauit mortaliter.
⁊ tenet̃ vt. s̃. ſi quoquomõ fecit
ꝯtra ſtatuta q̃ qñ creat⁹ fuit no
tari⁹ obſ̃uare iurauit. nã ſi ꝯtra
fecit ꝑiur⁹ eſt. Si aliqua ſtatu-
ta dictauit vel in ſcriptis rede-
git aut redegi fecit ſuꝑ appro-
batione vſurarũ vel ꝯtra eccleſi
aſticam libertatem. Nã in vtro
q̈ caſu mortaliter peccauit et
excõmunicationẽ incurrit vt in
cle. ex graui. de vſur̃. ⁊ ex̃ ḋ ſen.
ex. nouerit. ⁊. c. grauem. ſi ſciẽter
fecit inſtrumentũ de vſuris vel
in fraudem vſurarum ſm hoſti.
periurus eſt. q⁊ cũ creant̃ nota-
rij iurant nõ facere ⁊ ꝯſequẽter
infamis effect⁹ eſt nec ḋ cetero
poterit teſtificari nec inſtrumẽ
ta conficere. ex̃ de teſti. licet ex

quadã. §. ſi. nõ tñ tenet̃ reſtitue
re pecuniã habitã ꝓ labore ſuo
q̃zuis illicito. Sʒ ſi ꝯtractui fe-
neraticio dedit cauſam efficacẽ
inducẽs ꝑtes ad talẽ ꝯtractum
tenet̃. vt. s̃. dictũ eſt de ꝑſoneta
precepto. vij. Si malicioſe oc-
cultauit vel nõ exhibuit inſtru-
menta ſeu ſcripturas publicas
aut teſtamẽta. ſeu cões rationũ
libros deſtruxit ⁊ hmõi vel alte
ri dedit. nã vltra peccatũ tenet̃
de omĩ damno leſis ex hoc cũ p̃
ſtet cauſaʒ efficacẽ. C. de edẽdo
l. is apud quẽ. Si dieb⁹ feſtiuis
abſq; neceſſitate ſʒ lucri cupidi
tate ꝯfecit inſtrumẽta copiauit
vel extẽdit ſcripturas cũ differ
re poſſet mortale videt̃ ⁊ ꝓhi-
bitũ. ex̃ d̃ fer. c. i. Si immodera-
tũ preciũ extorſit ⁊ vltra cõſue
tũ ꝓ ſcripturis vel mercede ſua
nõ licet. de hoc in ſpe. plena. ti.
de ſala. §. ij. ſi exiſtẽs notari⁹ epi
ꝓ ſcribendis noib⁹ ordinando-
rũ vel alias ab eis ꝑcepit ⁊ eſt
ſalariat⁹ ſymoniã cõmiſit ex̃. e. c
i. ſi aũt nõ eſt ſalariatus tũc ſi id
qđ ei ſoluit̃ ꝯuenit ei ꝯſiderato
labore ⁊ qualitate nogocij licitũ
eſt alias nõ vt ibidẽ no. do. An.
de bu. ⁊ clarius.

¶ A doctoribus magiſtris ſeu
ſcolaribus. ¶ Ca. xvij.

**S**I officiũ docẽdi ſeu
doctoratum illicite
obtinuit pecuniã ꝓ-
mittendi vl̃ tributa

dando mortaliter peccauit ⁊ ꝓ
hibet̃ ex̃ de magiſtris prohibe-
mus. ⁊ exigens crimẽ ꝯcuſſiõis
cõmittit ex̃. e. c. i. ⁊. c. v. idẽ hoſti.
⁊ Gof. ſi gradũ vel magiſteriuʒ
nõ ad vtilitatẽ animarum ⁊ ho
norẽ dei ſʒ ad ſui oſtentationẽ
⁊ gloriaʒ queſiuit principaliter
mortale eſt ſi doctor publice do
cens leges vel phiſicam ſciẽter
admiſit ad lectõeʒ ſuam religio
ſos aut ſacerdotes ſeculares vl̃
etiam clericos ſed in dignitate
conſtitutos excõmunicatus eſt
ex̃ ne cle. vel mo. ſuper ſpecula.
Si legens in quacunq; faculta-
te publice ſcienter admiſit ad
lectionem religioſum ſine pro-
prio religionis habitu incurrit
excõicatõneʒ vt in. c. periculoſa.
ne cle. vel mo. li. vi. Si ſcolares
retraxit vel ſubtraxit alijs doc.
vel magiſtris ſub quibus audie
bant. nam ſecundum Iohannẽ
de legna. ſi hoc fecit in odium
doctorum ⁊ ſcolares ia[illegible] intra
bant illorum ſcolas tenetur eis
ad reſtitutionem ſallarij et ho-
noris ſibi ſubtracti. ſi autem nõ
dum intrauerant dic vt ſupra
precepto ſeptimo habetur d̃ eo
qui retraxit volentem religio-
nem ingredi. Si mutuauit pe-
cuniam ſcolaribus ad hoc prin-
cipaliter vt intrarent ſcolas ſu-
as vſuram commiſit ⁊ ſi ex hoc
conſecutus eſt aliquam vtilita-
teʒ que poſſit pecunia extimari

vt qꝛ accreuit ſcolis ſuis maio⸗
rem concurſum pſonarū ⁊ effe
ctus eſt doctoꝛ maioꝛis fame
tenet̄ erogare om̄e illud lucruȝ
paupibus. vt no. Jo. an. in regu⸗
la peccatū. de reg. iur̄. li. vi. ⁊ mer
cu. Jo. de legna. ⁊ Jac̄. cal. in. ca.
nauiganti. ex̄ d̄ vſur̄. ſi magiſter
exiſtens ſcolaribꝰ collectam im
poſuit vel ab eis aliquid exegit.
nā ſi habet ſalariā publicā ſuffi
ciens vel beneficiuȝ magiſterio
annexū ⁊ p docēdo a ſcolaribꝰ
exigit p̄mium ſymoniam cōmit
tit ſm hoſti. qꝛ vendit obſequiū
ſpūale ad qd̄ tenet̄ ex officio ex̄
de ſymonia. c. nemo. i. q. iij. ven⸗
dentes. ⁊. c. nō ſolū. ſponte tn̄ ob
lata recipe poteſt. Si vero non
habeat ſalariū ſufficiēs nec be⸗
neficium p̄t accipe collectā pro
laboribꝰ ſuis. xxxvij. di. d̄ quibuſ
dam in glo. ar. xij. q. ij. Charita⸗
tem. ⁊. c. quicunq;. ⁊. c. ſe. ⁊ vide⸗
tur hoſti. innuere q̄ etiaȝ poſſit
exigere nō tn̄ a paupere nec vt
ſcolares expellat de ſcolis aut
accipiat libꝛos aut res eorum
ſed potius inopiā ſuā eis expo⸗
nendo. Con. Inno. ab. ſy. de ma
giſtris. c. pen̄. aliter ⁊ melius di
ſtinguit. ſi didicit vel docuit ſci
entias pꝛhibitas vt eſt ſcientia
nigromantie. artis notoꝛie. vel
libꝛos continentes turpia vl' in⸗
honeſta ſeu poetarū figmenta.
moꝛtale videt̄ ⁊ pꝛhibitū. xxxvij.
di. Ideo ſi ſciēter vel ex ignoꝛan
tia docuit erroꝛes notabiles eſt
moꝛtale. ⁊ tenet̄ ſatiſfacere mo
do poſſibili retractādo que do⸗
cuit. Si ſe iactauit de doctrina
vel alijs detraxit ⁊ inuidit ſe eiſ
p̄ferendo aut ſectas inter ſcola
res nutriuit ſeu aliquid ad emu
latione aliorū magiſtrorū fecit
⁊ eis ſcolares ſubtraxit graui⸗
ter peccauit ⁊ tenet̄ vt ſupꝛa di
ctum eſt de doctoꝛe. Si non ad
hibuit debitaȝ diligentiā circa
pꝛfectum ſcolariū in ſcientia et
moꝛū diſciplina non curans q̄
virtuoſe ⁊ honeſte viuāt vel nō
cōpeſcens eos a vicijs inq̄ztuȝ
potuit. vel docens eos non vti
lia ſed curioſa ⁊ faciēs nimiſ va
cationes. In huiuſmodi notabi
lis negligentia moꝛtale videtur
Si fuit nimis rigidus ⁊ crude⸗
lis in coꝛrigendo peccatum eſt.
qꝛ leuis tantuȝ caſtigatio eſt ei
pmiſſa de ſen. ex. cū volūtate. et
ex̄ de homic̄. ad audientiaȝ. Si
verberauit clericū in minoꝛibꝰ
grauiter ſeu nō cauſa diſcipline
etiā leuiter aut exiſtentē in ſa⸗
cris excōicatus eſt. d. c. cum vo⸗
luntate. Si ſtudio vacat ⁊ ſcien
tie aliquo fine illicito pꝛincipali
ter vt pꝛpter ambitionē hono⸗
rem lucri cupiditatē ⁊ huiuſmo
di peccatū eſt. Si ſcientijs et di
ſputationibus ſupfluis vel etiā
piculoſis ſe occupauit vel etiaȝ
negligens fuit ſtudere lectioni⸗
bus neceſſarijs. Si actus ſuos ī

eccleſijs fecit nam ꝓhibitu ẜ eſt de immu.ec.decet. Si iuramē-
ta vel ſtatuta vniuerſitatis ſer-
uauit.nam alias mortale eſt. Si
pompis diſſolutionibus ꝯuiuijs
⁊ hmōi ſe inordinate ⁊ vltra ſui
ſtatus ꝯdecentiā dedit vł alios
ad hec quoquomodo induxit.ſi
ex ſecta vel partialitate practi-
cauit voces rectoris eligendi vł
ſubtraxit ſcolares alterius do-
ctoris vt audiant ſub ſuo. Naẜ
mortaliter peccauit ⁊ tenet̄ vt
ſupra. Si obediens fuit ꝑcepto
ri ſuo vel doctori in his que te-
netur.nā alias peccauit. Si die
bus feſtiuis in ſtudēdo vel ſcri-
bendo ſe occupauit ꝑncipaliter
cauſa lucri vel tp̄alis vtilitatis.
Nā nō licet niſi vt habet̄ ſupra
ꝑcepto.iij. Si vt intereſſet acti
bus aliquorū obmiſit miſſaẜ au
dire in feſtis vel obmiſit ieiunia
eccleſie ꝯfeſſiones ⁊ hmōi mor
tale eſt.

¶ A medicis phiſicis ⁊ ciro-
gicis. ¶ Ca. ¶ xviij.

Si ſe ad practicandū
poſuit in medicina
ſine ſufficienti peri-
tia. Nam ſi propter
hoc dedit medicinaẜ vel reme
dium nociuum infirmo mortali
ter peccauit.q̄z nō licuit ei vſur
pare qđ alienū eſt ẜm Hoſti.in
ſum.ti.de homic̄.⁊ ex̄.e.tua nos
ꝟ.hoc etiam tenet Inno.⁊ dñs
An.de bu.facit ex̄ ꝺ iniur̄.ſi cul
pa.ſi exiſtens perit⁹ ⁊ ſufficiens
negligenter ſe habuit ad infir-
mum. Nā ſi ex notabili eius ne
gligentia omiſit aliquid neceſſa
rium infirmo ⁊ ex hoc eius īfir
mitas inualuit peccauit vt ſup̄
q̄z negligentia ꝑiter ⁊ impitia
ſunt in culpa.lxxxij.di.c.i. Si cu
rando infirmū nō eſt ſecutus ar
tis traditōes ſed capitis ſui opi
nionē. Nā ſi ex hoc ꝯtingit in in
firmo aliquid mali notabilis et
tenetur ⁊ peccauit vt ſupra ẜm
hoſti.vbi ſupra. Si nō adhibuit
debitam diligentiā circa curaẜ
infirmi ꝑſonaliter eū viſitando
ſigna interiora videndo.medici
nas dietas ⁊ regimen vite ordi
nando in culpa eſt ⁊ peccauit.
vt notat hoſti ⁊ dñs An.ꝺ bu.
in.d.c.tua nos. Si dedit medici
nam infirmo dubitans an debe
ret nocere vel ꝓficere mortali-
ter peccauit.q̄z nullo modo de-
bet dare niſi ẜm artē cōſtet ſibi
ex ſcientia ꝙ debeat proficere.
Nā in dubijs tutior via eſt elis
genda.vt notat Innoc̄.⁊ domi
nus An.de bu.in.d.c. Tua nos
Si ſcienter obmiſit dare infir-
mo medicinam oportunā. Naẜ
peccauit vt ſupra ⁊ ſi ſtudioſe
quoquomodo aggrauauit infir-
mitatem gratia maioris lucri ꝑ
cipiendi vel fecit infirmū reci-
diuare vltra mortale grauiter ē
puniendus ẜm Inno.hoſt.⁊ do.
An.de bu.vbi ſup̄. Si adhibuit

debitã diligentiã in ordinando medicinã infirmo. Nã ſi ꝓpter defectũ corruptionem vel vetuſtatem ſpecierũ vel rerũ in medicinam poſitaruꝫ infirmus incurrit periculũ ⁊ ipſe diligentiã omnẽ quã debuit nõ adhibuit in rebus medicinalibꝰ eligẽdis nõ excuſatꝰ ſm Inno. hoſt. ⁊ do. An. de bu. vbi ſupra. ſecus ſi adhibuit. Si habẽs apothecã aromatum coegit directe vel indirecte infirmos quos habuit in cura ſua emere ab eo medicinalia vel ab alio cũ quo ꝯuenit participare partẽ lucri. Nam ſi propter hoc ſecutũ eſt infirmis aliqđ damnum corpale vt qꝛ alibi emiſſent res meliores ⁊ vtiliores vel temporale vt qꝛ habuiſſent minori ꝑcio tenetꝰ de omni damno. Si ſeruauit ꝑceptuꝫ eccleſie qđ precipitꝰ medicis. ſ. vt cũ eos ad infirmos vocari cõtigerit ipſos ante oĩa moneãt ⁊ ad ꝯfeſſionem inducant. ſ. cuꝫ effectu anteq̃ꝫ ad curã manum apponãt nec ſufficit ſuadere niſi cuꝫ effectu infirmus obediat vt notat hoſti. Io. an. ⁊ do. An. de bu. in. c. cum infirmitas. ex ð pe. ⁊ re. vbi dicit hoſti. q̄ medicus hmõi conſtitutionis tranſgreſſor peccat mortalitꝰ. Si dedit conſilium vel medicinã vel alias ſuaſit aliquid ꝓ ſalute corporum qđ vertatur in periculũ animarum. puta qđ quis forni

cetur vt euadat ceteras infirmitates vel medicinam dedit pregnanti ad occidendũ puerperium pro conſeruatione matris ve potum inebriantem ⁊ hmõi nã mortale eſt ⁊ ꝓhibituꝫ. vt in d. c. Cũ infirmitas. in fi. Si extorſit ſalariũ immoderatũ a diuitibus vel etiaꝫ curare renuit infirmos paupes. Nã ad hoc tenetꝰ alias mortaliter peccat. lxxxiij. di. c. i. vbi dicit glo. q̄ medicꝰ tenetur curare gratis non ſolũ pauperẽ ſed etiã diuitem q̃ nollet aliquid dare ⁊ ſiue conualuerit diues ſiue moriatur poterit medicus expenſas repetere vt ibi ⁊ plene ꝑ ſpe. ti. de ſalꝰ. §. poſtremo. Si paupibus vel religioſis vel quibuſcũqꝫ aliꝭ aliquid doloſe vel ad expientiã cũ piculo dedit. nã mortaliter peccauit ſi nimis de facili perſuaſit infirmis vel debilibꝰ frangere ieiunium vel comedere carnes in diebus ꝓhibitis abſqꝫ rationabili cauſa peccatũ eſt. Si vero hoc pſuaſit ſanis ꝓ conſeruanda ſanitate vel alia cauſa nõ rationabili mortale videtꝰ. Si emulatõne detraxit aliꝭ medicis vꝉ alias damnũ intulit tenetꝰ. Si ſtatuta ſue vniuerſitatis ſeruare iurauit ⁊ poſtea tranſgreſſor eorũ fuit. Nã totiens piurus fuit et mortaliter peccauit. ſi viſitãdo mulieres infirmas ⁊ cauſa infirmitatis tangẽdo eas ð induſtria

⁊ intentione libidinoſa ꝓceſſit
ad aliquid inhoneſtum eſt mor-
tale. Si exiſtens cirugicus inci
dit aliquē. Nā ſi ſm artez clare
cognoſcit vtile eſſe illū incidi in
aliqua pte corꝑis nō peccauit i
cindēdo. lv. di. ſi quis abſciderit
⁊ capitulis ſe. Secus ſi dubitat
de inciſione vel etiā de inciſore
q̄ neſciat benefacere. q2 tūc ab
ſtinere debet ⁊ poti9 dimittere
infirmū ſine inciſione in manu
dei q̄z cum dubio incidere ſm
Inno. ⁊ do. An. de bu. vbi ſupra

¶ Ab officialibus ꝯſiliarijs et
aulitis principū. Ca. xix.

Si exiſtens officialis
principis ſeu cōita-
tis iuſte ⁊ fideliter i
officiō ſuo ſe habuit
neminē ꝯcutiēdo. nā ſi erat ſuf-
ficienter ſalariat9 quicq̄d extor
ſit ꝑ improbilitatē pretextu offi
cij ſui tenet̄ reſtituere ſeu pau-
peribus erogare. ſi vero nō erat
ſalariat9 ⁊ ſm morē vel ꝯſuetu
dinē officij ſui aliq̄d accepit vi-
detur excuſari. xiiij. q. v. Non ſa
ne. Et ibi glo. ⁊ archi. ſi de im-
poſitione principis ab eius ſub
ditis aliquid plus d̄bito ſciēter
exegit vel extorſit ad reſtitutio
nem tenetur etiā ſi ad eum nil
peruenerit. xxiij. q. i. Militare.
Concor. Inno. in. c. quia plerīq3
de immu. ec. Si quantum po-
tuit obuiauit malis ⁊ proximo
rūm damnis nam quando ali-
cui ꝯſtat de iniuria ſeu damno
alteri illato ⁊ obuiare poteſt ſi-
ne ꝑiculo, ꝓprie ꝑſone ⁊ ſibi hoc
ex officio incumbit ſi nō obuiat
mortaliter peccat niſi obuiare
vergeret ad reipublice maius
malum. ⁊ tenetur in ſolidum de
omni damno. lxxxvi. diſt. facien-
tis. Concor. ſco. in. iiij. di. xv. Si
caſtrū terrā vel villā fidei eius
cōmiſſam abſtulit dn̄o ſuo legi
timo poſſeſſori ⁊ ꝓditorie tra
didit alteri nullum ibi ius habē
ti. Nam tenetur ei de omnibus
damnis de ſecutis extra de in-
iur. ſi culpa. Si exiſtens officia-
lis ſeu vicari9 ptātis capitanei
vel alterius rectoris iniuſtū ali
quid cōmittentis in officio ſuo
nō reſtitit vel cōtradixit ei pro
poſſe videtur vltra peccatuz te
neri de oīni damno leſis. C. de
appel. l. q̄m ſecūda. ⁊ hoc ibi te-
net. Bal. ſi exiſtens conſiliarius
ꝯſiliū dedit fraudulentū princi
pi cōitati ſeu alteri ꝑſone ꝑua-
te. nā ſi fuit circa maleficiuz vel
quaſi. ⁊ ex tali ꝯſilio ſecutuz ſeſt
damnū etiā alias ſecuturum te
net̄ leſis ꝯtra quos datuz ē ꝯſi-
liū plene ſatiſfacere. ff. de re. iur.
l. ꝯſiliū. ⁊ c. null9. de reg. iur. li. vi.
Et ibi per dinum. ⁊ Joh. an. in
nouella. Si vero fraudulenter
conſuluit circa contractum vel
quaſi tenetur ei cui conſilium
dedit vt in lege quod ſi cum ſci
res. Et notatur etiam in dicta

regula nullus. ſecus autē ſi non
fraudulenter p̄ſertim ſi aliaſ nō
erat ſecutū vt ibi ſi cuȝ ꝓpone
retur aliq̄n a principe vel cōmu
nitate in eorū ꝯſilijs quibꝰ ipſe
habuit intereſſe aliquid ſtatuē-
dum ſeu deliberandū qḋ cede-
ret in damnū reipublice vł etiā
alteriꝰ pſone priuate vt impo-
nendo collectas aut alia onera
indebita clericis vel laycis. Nā
ſi exp̄ſſe cōſenſit tenet̄ de omni
damno inde ſecuto leſis. Si vo
nō ꝯſenſit ſed tñ nō ꝯtradixit ex
p̄ſſe et publice ex puſillanimita
te vel ne ceteri reputent eū infi
deleȝ principi vel illi ſtatui hoc
caſu licet mortaliter peccet non
tñ ſm quoſdā ſatiſfacere tenet̄.
niſi ꝯtradicendo obuiare potu-
iſſet illi malo ſeu grauamini. vel
niſi ad eū p̄uenerit cōmodū par
ticulare ſeu burſale. q: tunc vi-
detur efficaciter cōſentire. imo
etiā tacens ſic ex quo vocat̄ ad
hoc vt ꝯſulat inuoluit̄ pena et
peccato cū his qui exp̄ſſe cōſen
ſerunt vt notat Inno. c. i. de his
que fi. a ma. p̄te. ca. Si quoquo
modo in literis vel fauoribꝰ p̄n
cipis alicui bona ſua vel iura
vſurpauit aut alias impediuit.
puta ne creditoreſ potuerint ſu
os debitores conuenire vł cau
ſam ſuā ꝓſequi ⁊ hmōi. Nā vl-
tra peccatū tenet̄ de om̄i dam
no leſis inde ſecuto. Si adula-
tus eſt principi laudando eū de

bono qḋ in eo non eſt aut ſi eſt
malo ſine laudauit. vł laudauit
de malo. nā grauiter peccauit.
⁊ ſi laudando eū de malo vt d̄
rapina de vindicatione ⁊ hmōi
ille motus eſt ad aliq̇d malū fa-
ciendū ꝓpter illam laudem qḋ
alias ꝓbabiliter nō feciſſet tene
tur de om̄i nocumēto cū ip̄e de
derit ad hoc cauſam efficacem
que vim habet ꝯſenſus. ad hoc
xciij. di. ſi inimicus. Si poſſeſſio
nes locorū piorū vel eccleſiaruȝ
malicijs ſeu aſtutijs circūueniē-
do ꝯduxit paruo precio in gra-
uamen eccleſie vel pauperū vl-
tra peccatum tenetur de omni
damno ſatiſfacere. ſi poſſeſſio-
nes vicinas vel ſuis contiguas
vſurpauit ampliando terminoſ
ſuarum vel alias quoquomodo
occaſioneȝ adinuenit vt dñi ea
rum cogerent̄ ſibi eas vendere
vel locare puta moleſtādo eos
directe vł indirecte. Vel eis cō
minando ſeu apud principē ca
lumniando. vltra mortale tene
tur leſis de damno. Si petijt a
principe bona damnatorū. Nā
prohibet̄. vide in capitulo fina
li. de reſcrip. li. vi. Si ꝑ pecunia
data interceſſit apud principeȝ
ꝓ accuſatis vel carceratis vt li
berentur. nam ſi tales ſunt cul-
pabiles ⁊ merito puniendi gra
uiter peccauit iuſticiā impediē
do ⁊ tenet̄ pecuniaȝ paupibus
erogare. ar. xiiij. q. v. Qui hētis

Si vero ſunt innocentes ⁊ ipſe
interceſſoꝛ non eſt ſalariatus pt
eam retinere. ſed ſi ſalariatꝰ eſt
debet eis a quibus pecuniā ha
buit reſtituere. niſi foꝛet ei libe-
raliter data ⁊ donata pꝛecipue
poſt liberationeꝫ ⁊ abſq₃ pacto
pꝛecedente.

¶ A ciuibus. ¶ Ca. ¶ x.

Ciue pꝛimo queren
dum eſt vtrū ocioſe
viuat ⁊ ſi ſolū de ꝓ-
prijs ꝓuentibus an
eſſe alicui exercitio intendat li-
cito. Naꝫ ocioſus ſeruus ꝓijcit
in tenebꝛas exterioꝛes Math.
xxv. Si locando poſſeſſionē pe-
cuniam ruſtico mutuauit vt eā
colat. Nā ſi ꝓpter mutuum ali
quid emolimenti plus iuſto ab
eo recipiat vſura eſt. ſecus autē
ſi ꝓpter mutuū in nullo grauet
ruſticus licet talis pſtatio fiat
ei in adiutoꝛiū vſq₃quo poſſeſſio
nē laboꝛauerit. ſi mutuauit fru-
mentum vel aliud granum ru-
ſtico quādo erat vile receptur
tantūdem alio tempoꝛe ⁊ cum
redditur eſt carius. Nam ſi mu
tuauit intentione vt lucret vſu
ra eſt. ſecuſ ſi vt ruſtici neceſſita
ti ſubueniat. idem ſi dedit ei cer
tam pecuniā tpe quo frumētuꝫ
erat cariſſimū hoc pacto q cer
to tpe reddat ei tantū frumēti
quantū poterit tunc haberi ꝓ
illa pecunia quia licet tunc ma-
ioꝛem quantitatē frumenti ha-
beret ꝓ illa qꝫ habuiſſꝫ tempo
re date pecunie nō eſt tamē ibi
vſura nec peccatū niſi intentio
pꝛaua fuerit. xiiij. q. iiij. ſi qs cle-
ricuſ. ⁊ ibi archi. ſi colonos ſuoſ
grauauit indebite decepit vel
carcerauit vide ſupꝛa ti. iij. ſi de
cimas ſoluit integre vt tenetur
vide ſupꝛa. ti. iiij. c. ij. ſi depoſuit
pecunias apud cāpſoꝛē vl artı-
ficē vide. s. pcepto. vij. Si dedit
animalia inſocidā vide infra. c.
ſe. Si abſq₃ neceſſitate rationa
bili mutuo accepit ſub vſuri eti
am ſi ab eo qui erat patus non
licet Tho. ſi infideliter ſe habu
it in fideicōmiſſis tutela ſeu ad
miniſtratōe pauperū vel pupil-
loꝛū tenet etiā d leui culpa. Si
exiſtens patronꝰ ꝓ pecunia ali-
quem pſentauit ſymonia eſt vt
in. c. de iure. extra de iur. pa. ⁊ in
c. Querela. de ſymonia.

¶ A mercatoꝛibus campſoꝛi-
bus ⁊ vſoꝛetis. ¶ Ca. ¶ xi.

Irca hoc capitulum
eſt ſciendū q nego-
ciatoꝛ dicit qui reꝫ
integrā immutatā-
q₃ vendendo lucret ⁊ hoc ꝓhi
betur clericis ⁊ religioſis. ex ne
cle. vel mo. ꝑ totū. Laicis vero
mercari licet cū debitis circum
ſtantijs. vnde poſſunt ſic inter-
rogari. Si ferrū lignamina ar-
ma ⁊ alia quecūq₃ mercimonia
detulit in alexandꝛiā vl ad alia
loca ſaracenoꝛū terre egipti. vel

ad aliã terrã ſoldano ſubiectaꝫ
ſine licentia pape quã licentiaꝫ
veneti ſolũ quoad victualia di
cunt generaliter habere vt fer
tur quodam priuilegio Martini
quinti incurrit excõicationem
papalẽ. ex. de iudeis. c. ita quorũ
dã. ⁊ c. ad liberandã. Si negoci
atur ſine debito ⁊ honeſto. Nã
ſm Alex. de al. tertia pte ſum.
Etiã layco mercari nõ licet niſi
ꝓpter duo. Primo propter ne
ceſſitatẽ vt. ſ. poſſit ſatiſfacere
ſibi ⁊ ſue familie ſm ↄdecentiã
ꝓprij ſtatꝰ. Secũdo ꝓpter pie
tatem vt lucret. ſ. ad ſubuenien
dum paupibus vel diſtribuẽdũ
in alias pias cauſas puta ad ꝓ
uidendũ reipublice. ſ. res neceſ
ſarie ad vſum ⁊ vitã ciuiũ vl pa
trie deſint ⁊ lucrũ inde expetit
nõ quaſi finẽ. ſed quaſi ſtipẽdiũ
laboris ad aliũ vero finẽ merca
ri mortale eſt. pcipue vbi mercã
di finis pncipaliter in lucro po
nitur. Concor. tho. ij. ij. q. lxxvij.
Si ↄuenit ſeu pactũ fecit cum
alijs mercatoribꝰ ꝙ oẽs ven
dant certo pcio tales merces vl
ꝙ ipſe ſolꝰ vendat ⁊ nõ alij certã
rerũ ſpeciẽ ſeu mercantiã illici
tum eſt pactũ ſm hoſti. ⁊ a iure
ꝓhibitũ. C. de monopol. l. vnica
vbi dicit ꝙ talis exercẽs mono
pol. bonis ꝓprijs ſpoliatꝰ exilio
perpetuo damnetur. ⁊ tenetur
ad intereſſe ſi quis ex hoc dam
nificatus eſt ſi qñ que cum pci

uerit naues ↄducentes aroma
ta. aut alias mercantias fore ſb
merſas inarrauit ſeu emit ↄm
nem mercantiaꝫ ciuitatis illius
ſpeciei ſubmerſe nõ licet. Nam
hec dicit monopoliũ. ⁊ ideo ta
lis incidit in penam pdicte leg
i. Si exercuit mercantiã que de
ſui natura illicita eſt ⁊ mala ſic
eſt vſuraꝫ facere ⁊ hmõi, vl qua
vt plurimum homines vtantur
ad mortale vt eſt mercantia ale
arum taxillorum ⁊ cartaruꝫ ſeu
nayboruꝫ vel raptorum panno
rum. non videtur poſſe excuſari
a mortali faciẽdo vendendo te
nendo vel quoquomodo ea ali
enando. ⁊ oĩa peccata q̃ eorum
occaſione perpetrant ei tanqꝫ
coopatori imputant. ij. q. i. notũ
⁊ ideo talis nõ eſt abſoluendus
niſi illã dimittat mercantiã. de
pe. di. v. falſas. ⁊ duobus capitul
ſequentibus. Concor. tho. ij. ij. q.
clxx. ar. ij. in fi. Si mercantiam
exercuit diebꝰ feſtinis niſi ꝓ re
bus neceſſarijs mortale ẽ. Quia
Exo. xxi. ꝓhibet oẽ opus ſer
uile ſicut eſt negociari vide de
hoc ſup precepto. iij. Si exercuit
mercantiaꝫ in eccleſia vel loco
ſacro ꝓhibitũ eſt ⁊ peccatũ. xlij.
di. ñ oportet. ⁊. xvi. q. vij. c. ⁊ hoc
Hinc eſt ꝙ dñs eiecit de tẽplo
omnes vendentes ⁊ ementes
Matth. xxi. Si negociãdo vſus
eſt piurijs mẽdacijs vel iuramẽ
tis ⁊ hmõi, nã hoc eſt peccatus.

qñqꝫ veniale qñqꝫ mortale. vide
ſupra ꝑcepto. ij. ⁊. viij. Si mercã
tiam ſuam ſcienter plus iuſto ꝓ
cio vendidit vel alterius minori
emit. Nã ſi preciũ illius mercã-
tie eſt p rectores ciuitatis ſtatu
tum ⁊ taxatum nõ licet augere
vendendo nec minuere emẽdo
Si vero nõ eſt ſic taxatum licet
cuiqꝫ vendere vel emere rem ſi
cut cõmuniter venditur in loco
vbi venditur tempore ꝯtractus
⁊ illud eſt iuſtum precium vt no
tat glo. in. c. In ciuitate. extra ď
vſuris ⁊ ibi dominus An. ď bu.
ſi igitur ſcienter vt predixi plus
iuſto precio vendidit vel mino-
ri emit mortaliter peccauit et
tenetur ille qui plus habuit re-
ſtituere ei qui damnificatus eſt
ſi ſit quid notabile ſm tho. ij. ij.
q. lxxvij. ⁊ Sco. in. iiij. di. xv. Idẽ
eſt ſi ignoranter ⁊ ex errore exti
mans rem tantũ valere. qꝛ licꝫ
non peccet tenetur tamen ſatiſ
facere leſo cum aduerterit ď er
rore alias tunc peccaret morta
liter ⁊ hoc verum intellige niſi
emptor vel venditor leſus ſit ꝑ-
ſona ſagaciſſima nec ad hoc ne-
ceſſitate vel paupertate coacta
quia tunc veriſimile non eſt ꝙ
ſit deceptus ex quo aduertit de
precij exceſſu ⁊ tamen volunta-
rie conſenſit ⁊ ſcienti ⁊ conſen
tienti non fit iniuria neqꝫ dolꝰ
de regu. iur. ſcienti. li. vi. Si au-
tem exceſſus ſit quid minimuꝫ
⁊ contrahens bona fide credit
illud eſſe iuſtum precium licet ri
gidum nec peccat nec tenet̃ ad
reſtitutionem. Sed ſi contra cõ
ſcientiam licet in modico ſcien
ter exceſſerit non poteſt excuſa
ri a peccato ſaltem veniali cuꝫ
omnis deceptio ⁊ fraus ſit pec
catum ⁊ debet illud pauperibꝰ
erogare. xiiij. q. v. qui habetis. ⁊
ſic declarat Io. de ripol. ⁊ Ge-
ral. odo. non ob. predictis. c. cuꝫ
dilecti. extra de emp. ⁊ ven. vbi
dicitur ꝙ licet contrahentibus
inuicem decipere vſqꝫ ad dimi
diam iuſti precij quia illa decre.
habet locum iure fori tantũ ad
vitanda litigia. non autem iure
poli. ſ. dei ⁊ lex diuina nil iniu-
ſtum relinquit impunitum ⁊ re
putat illicitum ſi in contracti-
bus iuſticie non ſeruetur. Con.
predictis Inno. extra de vſuris.
In ciuitate. do. An. de bu. in. c.
qꝛ pleriqꝫ. de immu. ec. glo. ⁊ ar-
chi. x. q. ij. hoc ius. Si ſolũ ratõe
termini rem vendidit plus q̃ꝫ
valeat vel minori emit ratõe ꝓ
mature ſolutõis. nam in vtroqꝫ
caſu vſura eſt. vide ſupra prece-
pto. vij. Si vendidit rem plꝰ q̃ꝫ
valeat quia emptor ex re quaꝫ
emit multũ iuuat̃. Nã hoc ẽ in
iuſtũ ⁊ illicitũ niſi cũ res q̃ ven-
dit̃ in detrimentũ cederet vẽdi
toris q̃ multuꝫ illa re indiget ⁊
ſibi ẽ ꝓutilis tũc ei poterit ven
dere licite plus q̃ꝫ valeat ſm ſe

quantū eſt damnuꝫ qđ incurrit
ex eiꝰ venditōe ſm tho.ij.ij.q.lx
xvij.⁊ Sco.in.iiij.di.xv.q.ij.;vbi
addit ꝙ idē eſt in ꝯtractu ꝑmu-
tationis accōmodati ꝯductōis
⁊ locati. Si tñ hoc caſu emptor
libere voluerit aliq̄d plus q̄ꝫ va
leat res dare q̄ꝛ inde multuꝫ iu
uatur ſeu lucratᷣ ꝑt recipi.ſi ali-
quādo rem emit vt integrā im
mutatāqꝫ vendēdo lucretᷣ.nam
ſm Criſo.nō licet ſic lucrari ca
rius eā vendēdo q̄ꝫ emerit niſi
eā cū labore de vna regione ad
aliā trāſtulerit vel cū ꝑiculo ſer-
uauerit aut induſtria ſua melio
rata fuerit.ſed modo emere vt
ſtatim lucretur cū ꝓpoſito ſine
oībus ꝑdictis ꝯditionibus nec
certificādo emptorē de valore
ipſiꝰ rei vendēde om̄ino illicitū
eſt ⁊ tales negociatores a repu
blica eijciēdi ⁊ exulādi ſunt ſm
Sco.⁊ Alex.vbi.s̄. Cōcor.hoſt.
in ſum.ſi in ſuis mercantijs do-
lū cōmiſit vel fraudē rē viciosā
exponēdo venale.nā cuꝫ ex hoc
det emptori damni ⁊ ꝑiculi oc
caſionē. Damni quidē ſi ꝓpter
eiꝰ viciū ſeu defectū res ſit mi-
noris precij ⁊ ipē nil de ꝑcio mi
nuit.ꝑiculi v̊o ſi ꝓpter eiꝰ vitiū
vſus rei reddatᷣ impeditꝰ vl̄ no
xius puta cū quis vendit equuꝫ
claudicantē ꝓ veloci domū rui
noſam ꝓ firma cibū corruptum
aut venenoſum ꝓ bono.ſi ven-
ditor nō detegit in ſpē et clare
hmōi defectꝰ ⁊ vicia occulta vē
ditio eſt illicita ⁊ doloſa ⁊ cōtra
ctus nullus.xij.q.ij.c.quiſquis.in
fi.⁊ tenetᷣ ad reſtitutōeꝫ precij
emptori equū ſibi reſtituēti.vt
notat tho.ij.ij.q.lxxvij.⁊ ſpe.ti.đ
emp.⁊ ven.§.antepenl̄. Si ven
didit aurū vel argentū alchimi
cum ꝓ vero vide infra.c.ſe. Si
cōmiſit fraudē in ipā re ſeu ſpē
rei vt vendēdo auricalcū ꝓ au-
ro.lapidē nō ꝑcioſum ꝓ ꝑcioſo
vinū limphatuꝫ ꝓ puro carnes
hircinas ꝓ caſtratis.vnuꝫ aro-
ma mixtū cū alio ꝓ puro.ceram
mixtā cū rapina vl̄ alio ꝓ pura
vnū medicinale ꝓ alio hmōi.nā
q̄ hoc ſciēter facit ſi decipit vel
decipe intendit ꝓprimū peccat
mortaliter ⁊ tenetᷣ ad reſtitutio
nem ſi eſt notabile q̄d ſm tho.
vbi ſupra. Si vero ignoranter
venderet vnā rem ꝓ alia ñ pec
cat quidē.ſꝫ cū de errore ſuo ꝑ-
penderet ſatiſfacere tenetur et
qđ dictū eſt de venditore idem
eſt ⁊ de emptore q̄ ſciēter emit
rem ꝑcioſam quā venditor cre-
dit eſſe vileꝫ vel modici valoris
q̄ꝛ ⁊ ipſe iniuſte agit ⁊ ad reſti-
tutionē tenetur. Sꝫ aduerte ꝓ
clariori intelligētia ꝑdictorū ꝙ
vbi nullū ꝑiculum imminet ipſi
emptori.nec in vendendo iuſtū
preciū multū excedītᷣ ⁊ emptor
cenſetᷣ in emendo ſatis induſtri
oſus ⁊ res venalis ꝓ libito ſibi
examinanda exponitᷣ tunc ven-

ditor non tenet̄ defectus rei ve
nalis ſibi manifeſtare p̄cipue cū
eos ñ zelat niſi ſolū vt de re ſua
habeat iuſtū preciū. Si fraudē
adhibuit vendēdo vel emendo
circa quantitatē rei. ſ. in ponde
re numero vel menſura. Utens
ponderib⁹ vel menſuris ꝑ ſupe
riorem vel antiquā ꝯſuetudinē
nō approbatis vel alteri ꝓtracto exēpli
gratia de pōdere ſi dedit. xi. vn
cias ꝓ vna libera carniū aroma
tum piſciū lane lini ⁊ hmōi. Exē
plum de numero vt ſi res quas
dare debet in certo numero, tri
buit diminutas. Exemplum de
menſura vt ſi dedit decem bra
chio panni linei vel lanei ꝓ vn
decim vel ſextariū grani dimi
nutū. ſeu materiā vini olei vl' al
terius liquoris non plenam. In
omnibus his ſi ementes a iuſto
p̄cio fraudant̄ oēs qui ſciēter
ſic decipiunt mortaliter peccāt
⁊ tenent̄ ad ſatiſfactōē damni
ficatis vel ſi parū eſt damnum
paupibus. Si tū huiuſmodi cor
ruptio ponderū vel menſurarū
eſt cōmunis ⁊ ꝯſequenter oīm
bus. nota nō videt̄ ibi ꝓprie eē
fraus nec mortale. Tenere aūt
vnā menſurā ad emendū ⁊ alte
ram ad vendendū ſemꝑ eſt mor
tale niſi illis cū quib⁹ mercator
hoc innoteſcat. deutero. xv. Si
negociando fecit ꝑmutationē
rei ad rem qđ vulgariter dicit̄
brato. puta exiſtens lanifex vel
trapecida dedit pannū vnū la
neum extimatū ab eo flore. c. al
teri mercatori q̄ dat ꝓ illo bal
lam vnā lane anglie extimatā
ab eo flor̄. c. Nā in hoc ꝯtractu
ꝑmutationis poteſt interueni
re fraus duob⁹ modis. aut in q̄
litate rerū cōmutatarū ⁊ tūc ſi
eſt fraus ex ꝑte vnius tm̄ q2 ſcꝫ
ſciēter dat alteri rem defectuo
ſam ip̄o ignorāte cū tñ recipiat
ab eo rem bonā mortaliter pec
cat ⁊ tenet̄ ei ſatiſfacere ſi nota
biliter leſit. ex̄ de iniur̄. ſi culpa.
ſi aūt vterqꝫ intendit alterū de
cipere ⁊ ab vtroqꝫ datur alteri
res defectuoſa ꝓ bona. vtroqꝫ
ignorāte fraudē alterius. vterqꝫ
mortaliter peccat ꝓpter malā
intentionē. xxij. q. v. qui ꝑ iura.
Quo vero ad ſatiſfactionē pōt
fieri recōpenſatio vt vn⁹ alteri
nō teneat̄. ſi deceptio fuerit eq
lis. ſi tñ vtriqꝫ vt practici ſcirēt
ſic ꝯſuetū fieri ñ videt̄ ibi fraus
nec alter alteri teneri. d̄ reg. iur̄
ſciēti. li. vi. Aut decepti[o] inter
uenit in precio. q2. ſ. vnuſquiſqꝫ
eorum excedit in extimatōe rei
ſue ⁊ tunc videt̄ ſimili modo di
ſtingui poſſe vt ſupra. Si per ſe
fraudauit vel ꝑ aliū defraudari
fecit pedagia vel gabellas iuſte
⁊ licite impoſitas puta occulte
mercimonia introducēdo in ci
uitatem vel aſſerendo vnū aliđ
eſſe aut minoris quantitatis vt
ſic vel nichil vl' minus ſolueret.

Nam ſic rapinā cōmittit ſeu fur-
tum ſm̄ Ray. ⁊ tenetur reſtitu-
ere illis quibus talia debentur.
Ro. xiij. reddite omnibus debi-
ta cui vectigal verū ad penas q̄
inflicte ſunt a iure cōmuni vel
nuptiali contra hmōi deceptoꝛes
nō tenetur in foro ꝯſcientie
niſi prius ꝯdemnatus fuerit. xij
q. ij. fraternitas. in fi. Cō. tho. ij.
ij. Si ſoluit creditoribus ꝓ mer-
cimonijs emptis in termino cō-
ſtituto. nam ſi ſecus fecit tenet̄
eis ad omne intereſſe. extra de
pigno. ſignificante. Si diſtulit
mercedem reddere operarijs ſeu
laboratoribus in opus ſuū con-
ductis vltra tempus conuentū
cum eis vel aliquid ď precio cō-
uento ſubtraxit ſeu falſas mo-
netas pro bonis dedit grauiter
peccauit. ⁊ tenetur eis ſatiſfa-
cere de omni damno ⁊ incōmo-
do qđ perpeſſi fuerint. ſi ꝯductiſ
pro certo p̄cio nō ſoluit iuxta p̄-
miſſa. ſed dedit pannū vinuʒ et
hmōi loco p̄cij. nam illicite egit
niſi hoc fecerit cū eorum libera
voluntate. ſed hoc caſu ſi illi nō
indigēt vſu rei illis date ⁊ neceſ-
ſe habuerint eā vendere mino-
ri p̄cio tunc cōductor tenet̄ eis
reſarciri qđ minus habuerunt.
ſecus autē ſi a principio operis
hoc pacto conduxit eos vt ď la-
bore ſuo ptim daret pecuniam
ptim pannum ⁊ alia victualia.
nam tunc ſi pannū vel alia ſibi
det ꝓ parte ſolutionis ſm̄ con-
uentionem ⁊ vendat iuſto p̄cio
ſcʒ ſm̄ q̄ alijs cōmuniter vēdit
licet perderēt reuendendo non
tenetur ꝯductor. Idē eſſet ſi vē-
deret ſibi pluſ iuſto precio quia
ſic cōmuniter ſolet fieri ⁊ cōdu-
cti a principio hoc ſciebāt ⁊ ali-
as expti erant. nā ſcienti ⁊ con-
ſentienti nulla fit iniuria de re.
iudi. ſciēti. li. vi. Si fideiuſſor fu-
it pro aliquo ſoluendi ei⁹ credi-
tori. nam ſi ex hac fideiuſſione
aliquid accepit niſi intereſſe ſu-
um ſi ptulit vſura eſt. ex. e. pue-
nit. Aſſecurare tn̄ per mare vel
terram merces ſuſcipiendo in
ſe piculum earū ⁊ ratione peri-
culi ꝯuenire q̄ mercator ſibi tra-
dat certū quid ꝓ quolibet cen-
tenario valoris ipſarum mercīū
licitū eſt ſm̄ Lauren. de ridol.

De ſocietate.

Si ꝯtraxit ſocietateʒ
cū aliquo ad cōmu-
ne lucrū ⁊ damnuʒ
⁊ infideliter ſe habu-
it in ea ſubtrahēdo vel retinen-
do aliq̄d occulte de cōmuni pe-
cunia ſeu lucro ſocietatis pecca-
uit mortaliter ⁊ reſtituere tene-
tur. ſi ꝯtraxit ſocietatē hoc mo-
do. ſ. dando pecuniā mercatori
ad mercandū vel artifici ad ex-
ercendū. nā ſi cōtraxit cū pacto
vel etiā ſine pacto. ſʒ tn̄ hac in-
tentione principali qʒ capitale
ſit ſaluū ⁊ partem lucri habeat

contractus eſt vſurarius vt no-
tat glo. in. ca. plerique. xiiij. q. iij.
Concor. azo. et accur. ff. pro ſoc. l. ſi
nō fuerint. Si contracta ſocietate
fuit diligens in reb⁹ ſocietatis.
Nam in ſocietate imputatur eti-
am culpa leuis que. ſ. cōſideratur
quando quis nō eſt ſic diligens in re
bus ſocietatis, ſicut erat in re-
bus proprijs tempore inite ſocietatis.
ff. pro ſoc. l. ſocius ſocio. et ſic reſti-
tuere tenetur. vide de hac mate
ria plene in ſumma piſa. c. ſocie
tas. i. et. ij.

De ſocidis.

Si dedit animalia in
ſocidam et quomodo
vel quo pacto. Nam
huiuſmodi animalia vel
pecora multipliciter tradi ſolent
Si ergo hoc modo tradit ad cu
ſtodiam. ſ. alicui dando viginti ca
pita paſcenda ſub certa mercede
vel etiam certa portione prouent⁹
eorum tunc ſi dominus ſibi retinet pe-
riculum animalium ſecundum. xx. eſt con
tractus locationis et de ſe licitus.
ſec⁹ ſi nō retinet periculum ſibi
excepto tamen eo quod contingeret ex
mera negligentia cuſtodie quod
ſemper pertinet ad cuſtodientem ſi
tradidit per modum mutui dando
alicui et ruſtico. xx. capita cum pa
cto quod ſint firma in numero vel
in precio eorum in omnem euentum
tunc ſi accipit aliquid de lucro
vſura eſt. quia cederet ei ſolum
ratione mutui quod prohibetur. xiiij.
q. iij. vſura. ſi tradidit per modum
ſocietatis et hic contract⁹ poteſt etiam
fieri multipliciter iuſte et iniuſte.
Juſte quod fit quando in ſocietate vtri
uſque communis eſt et equa conditio
ad iudicium boni et practici viri.
vt. ſ. equaliter participent lucrum et
damnum proportionabiliter. exem
pli gratia. vnus habet viginti
capita. Alius totidem vel etiam
ſolum decem et communicant ea
ad inuicem et periculum et emo
limentum et etiam expenſas equa
liter communicant ea ad inuicem
ſi equaliter ponunt in ſocietate
vel pro rata ſecundum quod quilibet ponit
alias contract⁹ eſt illicit⁹ et contra
iuſticiam quando. ſ. melior eſt con-
ditio vnius quam alterius vide de
hac materia plene in ſumma pi
ſa. vſura. ij.

De cambijs licitis et illicitis.

Circa cambia notan
dum quod ad hoc vt quis
ex eis lucrum reportet
licite oportet quod tale
lucrum proueniat aut ratione cu
ſtodie. aut ratione patrie. aut
ratione monete. poteſt circa hoc
ſic interrogari. primo ſi campſor
cambiendo flore. in monetam
vel econuerſo quod dicitur cambium
minutuum recepit vnum denarium
rium pro flor. nam vt dicit Joh. de
le. in. c. fi. de vſu. hic caſus nō vide
tur bene excuſabilis ab vſura niſi
attento intereſſe et finaliter con-
cludit quod vbi quis plus accipiat

nō eſt bene tutus in ꝯſcientia ni
ſi etiā illud plus ratione intereſ
ſe vt ſupra recipiat̄.ſ.laboris iti
neris oparum penſionū ſalario
rum ⁊ factorū q̄ pro hm̄oi arte
exercenda ſubijt.ſi in hm̄oi cam
bijs minutis ſciēter miſcuit mo
netas falſas inciſas vel diminu
tas peccauit mortaliter et leſis
reſtituere tenet̄ ſi eſt quid nota
bile alias eſt paupibus erogan
dum.ſi fecit cambiū hoc modo
mediolani exiſtēs aliq̄s indiget
pecunia venetijs ⁊ dat medio-
lano flo.c.campſori q̄ habꝫ etiā
cambiū venetijs vt ꝯſignet ſeu
reddat ei venetijs p̄fatos.c.du-
catos indemnes ⁊ propter hoc
campſor accipit ducatū vnū ſm̄
quoſdā videt̄ turpe lucrū .pmo
q2 cāpſor abſq3 piculo labore et
expēſis facit reſpōderi venetijs
ſecūdo q2 anteq̄3 reddat eoſ p̄t
ex ſibi traditis ducatꝭ in medio
lano mercari ⁊ lucrari.Sꝫ ſaluo
meliori iudicio q̄n̄ tali cambien
ti q̄ de hoc facit artē imminent
expēſe vt in caſu p̄cedēti p̄t ac-
cipe moderatū lucrū p̄cipue ra-
tione intereſſe ſui.Secꝰ aūt de
eo q̄ hāc nō exercet artē.Si cā
biū fecit hoc modo puta in ciui
tate mediolani exiſtens cū mil-
le ducatos venetos venetias
vellet ferre ⁊ ibi cābire ſeu eos
expendere inuenit in mediola-
no campſorem habentem tabu
lam cambij in ciuitate venetia-

rum cui tradidit eos tanq̄3 cā-
biens in venetijs ⁊ p̄ conſequēſ
ad forum cambij venetiarum.
nam licet predicti ducati vene
ti plus valeāt venetijs q̄3 medi
olani vbi tradidit eos nō eſt tn̄
ibi vſura.niſi tradēs aliq̄d intē-
dat q2 in cambijs p̄t interueni-
re lucrū ratōne patrie.Si fecit
cambiū alio ꝯuerſo modo ⁊ di
citur cambiū p̄ litteraſ.In florē
tia exiſtens indiget pecunia in
venetijs ⁊ dat florētie campſo-
ri.cvi.vel.cvij.flor̄.vt p̄ litteras
ſuas faciat ꝯſignare ei vel alte-
ri,p eo.c.ducatos venetos.naꝫ
licet campſor inde lucret̄ tn̄ taſ
ꝯtractꝰ illicitꝰ eſt.tū q2 rōne pa
trie ſupuenit lucruꝫ.tū q2 cedit
ad vtilitatē vtriuſq3.tū ratōe in
tereſſe.ſ.expenſarū.⁊ dicit̄ cam
bium p̄ litteras.Si fecit cambi
um p̄ venetias ſiue cambiū ſic-
cum vel cambiū a libere di groſ
ſoni.i.ducatorū qd̄ fit hoc mo-
do.ego egēs hic mediolani.x.li
bris groſſorū.id ē.c.ducatorū re
cipio a te cāpſore mediolan̄ ibi
dē.c.vi.vel plꝰ vel minꝰ ſic̄ tunc
mediolani cābia currūt ⁊ valēt
x.libre groſſorū.Et inde ad vnū
mēſem teneor tibi ad reſtitutio
neꝫ tn̄ q̄3tū infra.x.dies cōpu-
tandos a die celebrati ꝯtractuſ
valebūt.x.libre groſſorū i ciuita
te venetiarū q̄ aliq̄n̄ valēt plus
aliq̄n̄ minꝰ ⁊ ſic aliq̄n̄ perdit ali
quando lucrat̄ cambiēs licꝫ vt

in pluribus lucretur. Nā hic cō
tractus eſt vſurarius quia cam
pſor in hoc caſu pncipaliter in-
tendit lucrum ꝛ ſperat illas de
cem libras groſſorū recipere in
maiori valore q̄ȝ dederit:.qꝛ vt
plurimū ſic ꝯtingit alias nō mu
tuaret licet qn̄qꝫ etiā cōtingat
illas in minori recipere ꝛ ſic ibi
eſt vſura cū interueniat mutuū
cū intentione lucri.xiiij.q.iij.c.i
ar.e.ti. In ciuitate con.laurē.de
ridol.ſi; exiſtens theſaurariꝰ ſeu
depoſitariꝰ alicuius dn̄i vel cō-
munitatis aut officij vel gabel-
le habuit recipe eorū pecunias
ſeu intratas vt ꝑ loco ꝛ tempo
re diſtribuat alijs officialibus ꝛ
ſtipendarijs ſeu alijs ſalariatis
iuxta eorū diſpoſitionem.naȝ ſi
talis ;recipiendo hmōi pecuniaſ
vel numerando a quoq̄ȝ exegit
aliquid puta vnū denariū ꝑ flo
reno.ꝛ eſt ſufficienter ꝑ labore
ſalariatus tenet̄ ſic acquiſita vl'
extorta pauperibꝰ erogare.xiiij
q.v. Non ſane.nec in hoc caſu
excuſaret ꝯſuetudo cuȝ foret ir
rationabilis ꝛ ex nimia cupidi-
tate introducta. Secus autem
ſi nō eſſet ſufficienter ſalariatꝰ
de labore ſuo. Si exiſtens depo
ſitarius vt ſupra negociatuſ eſt
cum predictis pecunijs ꝛ cū eiſ
lucratus. Nam ſi talis pecunia
ſtet periculo communitatis vel
domini lucrum inde perceptuȝ
pertinet ad eos deducta tamē
mercede laboris ipſius. Aut ſi
ex hoc exercitio damnificauit
creditores ipſius domini vl' cō
munitatis non ſoluendo eis ſa-
laria ſua tempore ſtatuto vl' nō
integre tenetur eis de omni dā
no ꝛ grauiter peccauit. Si vo
pecunia ſtat in eius periculo vt
cōmuniter cōtingit quia tales
ſolent dare fideiuſſorē. Nec do-
minus ſeu cōmunitas nec eorū
creditores ledantur. Illud lucrū
erit ſuum ratione induſtrie. Si
quandoqꝫ contingit eum habe
re pecuniam ſpecialem quā ti-
mens minorari voluntate prin-
cipiſ futuro tempore mutuauit
eam alicui hoc pacto vt reſtitu
atur ſibi inequali precio in quo
erat cū ab eo mutuo daret̄. Nā
ſi facto mutuo minorata eſt ꝑt
recipe in illo equiualēti in quo
erat qn̄ mutuauit nec ꝯtractus
eſt illicitus ſm alex.de alexā.et
notat in ꝯtractibꝰ ſancti bernar
dini ſermone.xl.ar.iij.c.i.ſi fecit
ꝯtractus vſurarios vel aīs frau
dulentos ꝛ illicitos ꝛ iniquos.
nam ſi ſcienter fecit mortaliter
peccauit ꝛ tenet̄ ſatiſfacere le-
ſis. Si ſenſalis ꝓſoneta vel me-
diator fuit ſciēter ꝯtractū frau
dulentorū mortaliter peccauit
ꝛ reſtituere tenet̄ idē ſi fuit me
diator ꝯtractus vſurarij cuȝ di-
ſtinctione tamen que habet̄ ſu
pra ꝓcepto.vij.ſi mediator exti-
tit in alijs contractibus licitus

puta venditōnis equorū domo
rum ⁊ hmōi. ⁊ ſciēter male ꝯſu-
luit emptori in eiꝰ damnū ⁊ ſui
ac venditoris vtilitatē mortali
ter peccauit ⁊ tenet̄ ei ſatiſſace
re de re. iudi. nullꝰ. li. vi. in nouel
la. ⁊ idē eſt ſi male cōſuluit ven-
denti. ſi fuit mediator ī mřimo
niꝭs ꝯtrahēdis ⁊ mēdacijs vſus
eſt in ꝑiudiciū notabile alteriuſ
ꝯtrahentiū mortale videt̄. xxij.
q. ij. c. i. ſi emit res raptas vľ fur
tas ⁊ hmōi. vide. s̄. ꝑcepto. vij.
Si ꝑpter lucrū expoſuit ſe ſciē
ter ꝑiculo mortale eſt. Si ſe trā
ſtulit ad ꝑtes longinquas vel ꝑ
multū tꝑs abſens fuit a cōiuge
ſua abſq; vrgenti neceſſitate et
abſq; eiꝰ licētia nō videt̄ abſq;
ꝑiculo peccati mortaliſ cū ꝓba
biliter ꝑſtet ei occaſionē mali.

Ab artificibus mechanicis
oparijs ⁊ hmōi. Ca. xij.

SI facit artē cuiꝰ arti
ficiū eſt indifferens
ad bonū ⁊ malū vſū
vt facere gladios lā
ceas baliſtas ſagittas ⁊ quedā
venena quibus vtimur ad ſani
tatē ⁊ hmōi. nā ſm Ray. ſi taliſ
hoc facit vel vendit ꝑpter hoc
vt hoīes talibus abutant̄ vel ſi
ſcienter vendat vel donat eis
quos ſcit abuſuros mortaliter
peccat ⁊ grauiſſime. ij. q. i. notuꝫ
Et oīa peccata q̄ occaſione illa
rum rerū ab alijs perpetrantur
ſibi imputant̄ ⁊ reus eſt apud
deū omnium animarū que pro
pter hoc pereūt. Si aūt habuit
bonā intētionē nec credit illos
talibuſ abuſos vel habens ani-
mum indifferenteꝫ nichil ſuper
hoc cogitabat aut ignorabat q̄
eſſet illicitū talia facere vel ven
dere non videt̄ peccare niſi for
te ex qualitate ꝑſone vľ tempo
ris cognoſceret vel ꝓbabiliter
ſibi ꝯſcientia dictaret q̄ emēs
nō querit illam rem niſi ad ma
lum perpetrandum qđ tamen
de facili credere non debet. Cō
cor. Tho. ⁊ hoſti. ij. ij. q. clxix. ar.
ij. Si vero facit artē oīno per
nicioſam ⁊ ad nullum vſum hu
manum vtilem. ſerua qđ dixi in
principio capituli precedentis
vbi multa habentur que etiam
tangūt artifices. Si in arte ſua
mendacijs ſciēter vſus eſt ⁊ cuꝫ
intentione fallendi proximum
mortale eſt. xxij. q. ij. c. i. ⁊ tenen-
tur reſtituere leſis. Si autē non
intendit nocere ſed ſe indem-
neꝫ ſeruare veniale eſt ſm tho.
⁊ Rich. in. iiij. Niſi aſſidue ⁊ ex
mala conſuetudine mentiatur.
quia tunc ſm hoſti. mortale eſt.
Si vſus eſt iuramentis vel per
iurijs vide ſupra ti. iij. precepto
ſecundo. Si vſus eſt iniuſtis ſeu
falſis menſuris vel ponderibus
vide ſupra capitulo precedenti
Si humectauit mercantias ſi-
cut quandoq; fit in pipere zin-
zibero crocho lana ⁊ conſimilis

bus que pondere venduntur vt
magis ponderent grauiter pec
cauit ⁊ damnificatis reſtituere
tenetur. Si iniuſte diffamauit
aliorum merces opera vel arti-
ficia vt ſua melius vendat ⁊ ei⁹
apotheca maiorem concurſum
habeat. tenetur. ſi nouitatū ſu-
it curioſus inuentor. nam ⁊ ipē
peccauit ⁊ ceteris occaſionem
peccandi prebuit ſm tho. vbi. ſ
ꝓinde Criſo. inquit ab arte cal
ceorum ſutorum ⁊ textorū mul
ta abſcindere oportet ſi in arte
ſua fidei ſue ſe fiducialiter com
mittentes decepit in qualitate
ſeu quantitate rei aut in precio
videtur mortale. ⁊ eis reſtitue-
re tenetur.

## Ab aromatarijs.

PRimo querendum
eſt ſi in componen-
dis medicinis min⁹
diligenter ſe habuit
aut non poſuit ea que medicus
ordinauit vel non poſuit ita bo
na ⁊ recentia ſicut oportuit vel
tanquā inexpertus male com-
poſuit. Nam ſi medicina fuit
nociua vel non proficua infir-
mo predictis de cauſis cum ex
hoc habeat ſeq̄ neceſſario gra-
uior egri infirmitas vl' mors at
q̄ȝ medici infamia non videtur
excuſari a mortali. ⁊ tenetur de
omni damno. ſi ſcienter vendi-
dit vnam rem pro alia vt corru
ptam pro bona. antiquam pro
recenti vilem pro precioſa mor-
taliter peccauit ⁊ leſis tenetur
de omni damno. Si ſophiſtica-
uit aromata commiſcendo res
viles precioſis minus bonas op
timis ⁊ vendidit pro puris vt
ſolet fieri in ſiropis confectio-
nibus electuarijs ſpeciebus ce-
reis ⁊ huiuſmodi. naȝ vltra pec
catum leſis ſatiſfacere tenetur
eo modo quo dictum eſt ſupra
c. xij. ſi tamen huiuſmodi mixtu
ra non ſit nociua ſed fit vt res
reddatur magis delectabilis ⁊
detrahatur de precio quantuȝ
conuenit non videtur illicita ſi
ſcienter exceſſit in precio ven-
dendo res viles pro precioſis
vel carius q̄ȝ cōmuniter fit ab
alijs aromatarijs. Nam vltra
peccatum tenetur leſis ſatiſfa-
cere ſi eſt quid notabile alias eſt
pauperibus erogandum Si do
cuit vl' ſcienter vendidit e[illegible] qui
bus procreat' aborſus ⁊ ad hoc
effectum vel vendidit venena
eis quos credidit abuſos mor-
tale eſt. Si vendidit ſcienter [illegible]
defectuoſam alicui vel expen-
dit monetam falſam credens
ſic alium poſſe decipē. quia in
emendo eā vel ī recipiendo mo
netā ipē eſt decept⁹. nā hoc nul
lo mō lȝ ex quo d'fectū rei vl' mo
nete nouit ſi alicui mutuauit pe
cunias principaliter ꝓpter hoc

vt iret ad apothecam ſuã vſura
eſt. vide. e. ti. c. vij. Si in diebus
feſtiuis vendidit vel alios ven-
dere fecit ſeu pmiſit indifferen
ter vel tenendo apothecã aper
tam. Nã hoc nõ licet niſi ꝓ im
minenti neceſſitate.

¶Rubrica vide ſup̱ p̃cepto. iij.

¶A lanifice vel trapecida.

Si dolum nõ in arte
ſua vel fraudẽ quo-
quomodo commiſit
faciendo pannos la
ne minus p̃cioſe ꝛ bonitatis et
vendendo ꝓ pannis lane maio
ris p̃cij ꝛ bonitatis vel ꝓnĭꝰ tin
cture ꝓ alia nil minuẽdo d̃ pre-
cio vltra peccatũ tenet̃ reſtitu-
ere leſis. Si cõmiſit fraudez fa-
ciendo trahere pannos ad tira
toriũ vltra modũ debitũ artis.
Nam cũ hoc cedat ad damnuz
ementis qꝛ pannꝰ deficit a mẽ-
ſura ſi poſtea madidat̃ ꝛ tondi
tur vt moris eſt tenet̃ vendens
vltra peccatũ emptori ſatiſſace
re. idem dico de his qui vendũt
caligas factas ex panno minus
debito balneato que poſtea cũ
eis emptor vtit̃ reſtringunt̃ et
decurtant̃ ꝛ cito lacerãtur. Si
tradendo lanam ad filandũ de
dit vncias. xiij. p libra fraudulẽ
ter nolens tñ ſoluere niſi ꝓ fila
tu vnĭꝰ libre peccat. ꝛ tenet̃ ſa-
tiſſacere. niſi ita eſſet de more
patrie. Si vendidit pannos la-
ceratos ad tiratoriũ licz reemẽ

datos aut male textos vel tinꝰ
ctos vel cartatos ꝓ bonis. Nã
hoc nõ licet niſi demat de p̃cio
quantũ importat ille defectus
alias fraudẽ ꝛ dolũ cõmittit. et
tenetur ſatiſſacere vt ſupra. e.
ti. c. xij. ad idem tenent̃ media-
tores qui ſciẽtes tales defectꝰ
faciunt vendere ꝓ bonis. Si di
ſtulit ſoluere creditoribꝰ ſuis vł
mercedẽ reddere operarijs vi-
de vbi ſupra.

¶Ab aurifice.

Si fecit vel vendidit
aurum vel argentuz
alchimiticũ ꝓ vero
vltra peccatũ tenet̃
emptori ſatiſſacere de damno.
Con. tho. ij. ij. q. lxxvij. ſi tñ expẽ-
deretur tantũ ꝓ tanto ꝛ tale ꝓ
tali ſine aliqua falſitate forme
vel materie non videt̃ illicitum
ſm d. ol. in. con. ſuo. Si emit ꝓ
ſe calices ſacros nõ ꝯflatos pro
hibitũ eſt. x. q. ij. hoc ius. Si cu-
dit monetã vel nũmiſmata ſine
ꝯſenſu principis. Nã ſine auto-
ritate eius nõ licet. ſm Bar. C.
de fal. mo. l. ij. ꝛ. iij. Vel autorita
te regis dñi ſeu vniuerſitatꝭ ſu-
periorẽ nõ recognoſcẽtis vł qui
in hoc tanto tempore p̃ſcripſit
ꝙ initij nõ extat memoria. ex̃ de
verb. ſignific̃. ſupꝰ quibuſdã. Et
qui ꝯtra facit grauiter peccat ꝛ
multipliciter punit̃. Si cuden-
do vel fabricando monetã frau
dem quoquomodo cõmiſit in

materia forma pondere vel va-
lore. Nã ſi in vnoquoq3 horum
quattuor defect⁹ reperitur iuſta
pecunia defraudat̃. vnde notat
glo. ⁊ Inno. in. c. iiij. de iuriur. ſi
monetam fabricatã falſificauit
tondendo vel tingẽdo. ſ. mone-
tam eneã inargentando ſeu de
aurando . aut monetas graues
eligendo ⁊ ꝯflando ⁊ alias tran
ſire pmittẽdo ſicut faciũt cam-
pſores. Nam hi om̃es ſunt infa
mes etiam falſarij ⁊ multiplici-
ter puniunt̃. C. de fal. mone. l. i.
⁊ dicto capitulo quinto. Conc̃.
ibi hoſti. Si alicubi emit mone
tas diminuti ponderis ꝑut ibi
currunt vt alium locũ portaret
cum lucro venditurus. Nam ſi
vbi eas vendidit indifferenter
ſicut expenduntur ſicut integre
monete nõ videtur in hoc pec-
care cum nulli inferat damnu3
et ſibi ex induſtria ſua ⁊ labore
querat lucrũ ſicut contingit eti
am de alijs mercimonijs q̃ pl⁹
minuſue valeãt in vno loco q̃3
in alio.

Ca tabernarijs.

SI vendidit vnã ſpe-
cie3 vini pro alia vł
poſtq̃3 expoſuit ſvi-
num venale ⁊ attra
xit homines miſcuit illud aqua
vel minus bono vino grauiter
peccauit niſi ſubtraxerit de pre
cio quantũ debuit . Si ad clari
ficandum vinum aliquid corpo
ribus nociuum miſcuit. Si ven
didit vinum menſuris iniuſtis
vel minus plenas dedit vltra
peccatũ tenetur reſtituere vel
paupibus erogare. vt ſupra eo.
ti. c. xij. Si poſtq̃3 vendidit vi-
num aut alia comeſtibilia occul
te ſubtraxit ea comedit vel bi-
bit ad hoc vt etiam alia emant
vltra peccatum reſtituere tene
tur . Si diebus feſtiuis vendi-
dit principaliter, ꝑpter lucrum
ſummo mane etiam in qualib3
maiori ſolennitate aperiens ta-
berna3 mortaliter peccauit. Si
ſcienter vendidit vinum ſe ine-
briare volentibus non curans
de peccato dummodo lucretur
mortale eſt. Et idem ſi propter
lucrum precipue diebus feſtiuiſ
procurat ꝙ ibi videantur que-
dam ad potum concitantia vt
magiſ bibatur. Si in domo ſua
tenuit meretrices latrones ri-
baldos ⁊ alearum luſores ꝓſtan
do eis naybos carticellas ⁊ ta-
xillos ⁊ exigendo ꝑ eis pecuni-
as mortale eſt. Et efficitur par-
ticeps omnium peccatorum ta
lium. ij. q. i. Notum. Si carius ⁊
plus debito vendidit ſimplici-
bus vel ignotis aut tranſeunti
bus q̃3 alijs quia prohibitũ eſt.
extra; de empti. ⁊ vendi. c. i. Si
fidelis fuit in ſeruando res ſuaſ
hoſpitibus. Nam ad hoc tene-
tur ⁊ ſi amiſſe fuerĩt ſatiſfacere
obligatur ſm Bartho. in. l. i. ff.

de fur.aduer.nan.ca.i.et notat
collec.ex.de loca.c.i.

## A ſutore.

Si retinuit ſeu occul
te ſubtraxit de pan
no vl' ſerico tella bō
bice ꝛ hmōi. Nam
furtuꝫ cōmiſit. Et ſi ſit quid no
tabile reſtituere tenetur niſi ꝓ
babiliter perſona cuius eſt mer
cedem laboris eius vel omnino
nō dediſſet vel diminute. Si ali
quando ꝓmiſit aliquid facere
cum ſciret non poſſe attendere
peccatuꝫ eſt. Si diebus feſtiuis
ꝛ noctibus p̄cedentibus labora
uit vel laborare fecit aut permi
ſit ſeu toto mane maiorum ſo-
lennitatum ſe occupauit inue-
ſtiendo nouas veſtes taꝫ viros
q̄ꝫ mulieres non videtur excu-
ſari a peccato. ꝛ ſi propter hoc
obmittit̄ miſſa eſt mortale. Si
ſic veſtiendo mulieres vel aliq̄d
circa eas faciendo ſe habuit in-
honeſte vel alicui ſcandaluꝫ de
dit mortaliter peccauit. ſi in ar-
te ſua aliquid illicitum per ſe fe
cit. vel per alios puta veſtes ni-
mium caudatas ſcolatas impu
dicas ꝛ huiuſmodi non excuſat̄
a peccato. Si famulos ſeu ope
rarios quos mercede conduxit
bene ꝛ fideliter tractauit ꝛ eis
pacta ſeruauit. nam alias tene-
tur illis ſatiſfacere. Si puerum
quē conduxit grauiter percuſſit
vel vulnerauit. tenetur de dam
no quia leuis tantū caſtigatio
talibus permiſſa eſt. ff.e. Item
queritur ſi per errorem veſtem
alicuius dedit alteri tenetur ei
ibidem.

## A locatore ꝛ conductore.

Si ſcieter locauit ali
quam rem vicioſaꝫ
puta domum ruino
ſam equum claudi-
cantem vel alias defectuoſum
hoc ignorante conductore pec-
cauit mortaliter ſi inde ſecutuꝫ
eſt vel veriſimiliter ſequi pote-
rat notabile damnum ꝯductori
ꝛ tenet̄ ei de omni damno inde
ſecuto. ꝛ ſimiliter tenetur ſi lo-
cauit rem vicioſam ignoranter
licet nō peccauerit. ff. loca. ꝛ cō-
duc. l. ſi addes. §. i. ꝛ notat hoſt.
ꝛ durā. in ſu. ſuis. e. ti. ꝛ Ioh. an.
ex. e. ca. i. Si notabiliter carius
quā debuit rem ſuaꝫ locauit cō
ſideratis conditionibus occur-
rentibus peccauit plus ꝛ minus
ſm q̄ꝫ conductorem grauauit.
Si locauit operas ſuas in faciē
do aliquam rem ꝛ damnum in
tulit domino rei rem ipſam de
ſtruendo in totum vel in partē.
Nam ſi hoc cōtingit culpa ſua
etiam leui aut illorum quorum
opere vel opera vtitur tenetur
de damno dato ſm hoſti. ſecus
ſi diligentiam adhibuit quā di
ligēs paterfamilias adhibuiſſet
ff. e. ſi merces. § qui columnam
de caſu vero fortuitu nō tenet̄

niſi per pactum expreſſum fue-
rit vel aliquibus caſibus expreſ
ſis cum clauſula generali vt no.
Joh.an.vbi ſup. Si locauit ope
ras ſuas tm̄ vel locauit rem et
operam ſimul vel accepit ſpēm
ex innominato contractu vt ali
quid faciat in ea licet poſtea ca
ſu fortuito impedit⁹ fuerit totā
tm̄ mercedeȝ accipiet niſi mora
vel culpa ſibi poſſit imputari vł
niſi tpe quo n̄ potuit in ea opa
ri alteri opatus eſt a quo mer-
cedē habuit vt no. Innoc. ⁊ Jo.
an.vbi ſupra ⁊ hoſti.in ſum.e.ti.
Si ↄductor male tractauit rem
ſibi locatam vt equū vel boues
nō paſcendo ⁊ nimis fatigando
⁊ huiuſmodi teneť ad arbitriū
boni viri ſc̄m Ray.in ſum. Si cō
ductus ad opus alicuius ex fe-
ſtinantia vel negligentia non fi
deliter ⁊ diligenter opatus eſt
ſepe pauſando vel moram tra-
hendo tenetur ſatiſfacere đ dā
no. Si ſeruiens ſeu laborator ex
iſtens alicuius magiſtri fideliter
ſe habuit in omni ſibi commiſ-
ſo. Naȝ ſi aliquid occulte ei ſub
traxit vel in aliquo decepit pec-
cauit mortaliter ſi eſt quid nota
bile ⁊ reſtituere ei tenetur vel
etiam ſi ſit quid minimum ⁊ fe
cit animo damnificandi ſecun-
dum Tho.ij.ij.q.xvi.⁊.xiiij.q.vł
c.vltimo

¶ A piſtore.

Si fecit panes nimis
ponderoſum ita ꝙ
ementes ſint dece-
pti vel minoris pō-
deris ꝙȝ debuit vel alterius fa-
rinam bonam accepit illis qui-
bus faciebat panem et poſuit
minus bonam vel cum nimio
furfure quia peccauit ⁊ teneť
ad reſtitutionem.

¶ E maccellario.

¶ Si maccellari⁹ vendidit car-
nes corruptas pro ſanis eſt ꝑ mor
tale. Si vendidit vnam ſpecieȝ
pro alia vt capram pro caſtrato
⁊ huiuſmodi.aut diminutū pō-
dus vt vndeciȝ vncias pro libra
peccauit ⁊ tenetur de damnis.

¶ A cerdone.

¶ Si vendidiȝ ſpeciem corij pro
alia nimis bona in ſotularibus
peccauit ⁊ tenetur de eo quod
plus accepit ratione huius de-
ceptionis. Si vendidit ſotula-
res maiori precio propter ſolu-
tionis dilationem.

¶ Ab hiſtrione.

¶ Si fecit repreſentationis ſeu
iocos cum verbis turpibus vel
actibus turpia repreſentanti-
bus vel cum incantationibus.
Nam hoc illicitum eſt ⁊ morta
le. Et talia exercētes nō ſunt ab
ſoluēdi nec cōmunicādi niſi om
nino deſtiterit. Et đ his k qſt̄.c

ꝑ dilectione. de con. di. ij. et di. lxxxvi. qui donant. Ubi dicit̃ ꝙ qui talibus donãt ꝓ opere ſuo grauiter peccant. Facere autē ad recreationem ⁊ ſolatiuꝫ ho-minibus exhibendũ dũmodo fi at in locis temporibus ⁊ modiſ oportunis ⁊ a ꝑſonis laycis nõ videt̃ ꝓhibitum ſm tho. ij. ij.

## De muſico.

Si vſus eſt inſtrumentis mu ſicis. Nam ꝗuis de ſe vſus ta-lium ſit licitus ⁊ conſequenter fabricatio ⁊ venditio. Poteſt tamē multipliciter eſſe peccatũ in vſu eorum vt ſi ad laſciuiam prouocandam vel nimiam com placentiam ſenſualem precipue cum in diuinis officijs pulſant̃ ballate ⁊ cantiones laycales cũ hoc cedat ad magnã dei irreue rentiam. Que enim conuentio chriſti ad belial. Sed an hoc ſit mortale vł veniale relinquo dei iudicio. Si pulſat organa in fe-ſtis ad officia principaliter pro pter lucrum turpe eſt ⁊ illicituꝫ

## De ruſticis ⁊ agricolis.

PRimo ſi quoquomo do excõmunicat⁹ fu it vt pro damnis il-latis vel furtis ⁊ hu iuſmodi ſeu cum excõmunica-tis participauit. vide ſupra .e. ti. c. i. ſi ſcit ⁊ credit om̄ia ſacramē ta eccleſie et ſi eſt confirmatus de hoc ſupra parte tertia. ti. iij. c. ij. Si ſcit orationem domini-cam ⁊ ſimbolum apoſtolorũ et credit que in eo cõtinentur im-plicite vel explicite vt habetur ibidem. c. i. Si obſeruauit feſta ipſe cum familia ſua ⁊ in eis miſ ſam integram audiuit vt tenet̃ vide ſupra precepto tertio. Si obſeruauit ieiunia quantuꝫ po-tuit non tamen ad ea tenetur niſi vt habetur ſupra precepto ſecũdo. Si ſacerdoti ſuo inobe-diens fuit in his ad que tenet̃ aut ꝯtra eũ ſe ꝓterue habuit ei detraxit in re notabili mortale eſt. Si decimas ñ ſoluit integre ſm bonã ꝯſuetudinē loci ſeu qꝺ̃ vili⁹ erat ꝺ̃ induſtria dedit mor-tale videt̃. Si furat⁹ eſt aliquid vicino ſuo puta aſportando fru ctus vuas nuces caſtaneas pul-los ⁊ hmõi peccauit ſm intenti onem quã habuit ⁊ tenet̃ reſti tuere om̄ia ſm tho. Uuas autē comedere in vinea alteri⁹ ⁊ ſpi cas ꝯterere nõ videt̃ peccatuꝫ. de con. di. v. diſcipulos. Si ꝑ ani malia ſua damnificauit agrũ vł vineã alicui⁹ paſcendo ea vł alꝭ ledendo. Nã vltra peccatũ tene tur vel aĩalia dare vel extimati onē damni reſtituere. ex̃ de iniu rijs. c. ſi leſerit. ⁊ c. fina. Si alias quoquomodo nocuit proximo ſuo vel damnificauit ꝑ ſe vel fa miliam ſuã. Vel diſrũpendo ſe pes aut incidendo arbores ⁊ ne mora ⁊ aſportando ligna ⁊ hu-iuſmodi. Et ꝓcipue ſi mutauit

terminos agrorum vel poſſeſſionum addendo aliquid d̄ terra vicini ſui agro ſuo arando vel alias. In his omnibus peccauit ꝛ reſtituere tenetur. extra de iniurijs. c. fina. Si regulauit facta ſeu negocia cōmunitatis ꝛ infideliter ſe habuit vł iniuſte ꝛ ex culpa ſua damnificauit cōmunitatem in generali ſeu aliquē de cōmunitate in ſpeciali. quia tenetur vt ſupra. Si tenens poſſeſſionem ad victum male tractauit ſeu non diligenter curauit vel cenſum integre ꝛ debito tempore domino non tradidit. ſeu alia cum eo conuenta nō ſeruauit cū tamen potuerit peccauit ꝛ ſatiſfacere tenetur. Si parciarius fuit ꝛ aliquid ſubtraxit de fructibus fingens ſe minus recollegiſſe vel alias fraudem vel notabilem negligentiam in damnum domini cōmiſit vt non ſcindendo culcinādo aut non ſeminando terram. vel fructus debito tempore nō colligendo aut boues nimis fatigando adeo vt perierint vel notabiliter deteriorati fuerint precipue propter proprium cōmodum peccauit ꝛ tenetur ei de damno. Si animalia tenens in ſocidum non reſpondit ex integro de lana fetibus ꝛ huiuſmodi ei qui ſibi dedit animalia q: tenetur ꝛ eſt mortale. Si familiam ſuam gubernauit ſm̄ precepta dei ꝛ eccleſie vt habetur ſupra. e. ti. c. ij. Si de flagellis dei ꝛ infortunijs impatiens fuit vł aliquid contra deum inordinate locutus eſt. Nam ſi deliberate fecit mortale eſt. Si teſtimonium falſum dixit p̄cio vł odio ꝛ ſi vicino ſuo inuidit ꝛ accuſauit eum apud dominum ſeu officiales iniuſte propter qđ damnificatus eſt peccauit mortaliter ꝛ tenetur ad reſtitutionē de damno dato. vide ſupra. e. ti. ca. iiij. De varijs ac falſis opinionibus quas habent ruſtici ꝛ vetule multipliciter ꝛ de incantationibus ꝛ diuinationibus ꝛ ſimilibus. De hoc dicitur plenius ſupra in primo precepto. Si impleuit vota ſua vel non vide ſupra precepto ſecundo. Si impatiens fuit in laboribus aut ex inhercia maluit mendicare q̄ȝ laborare. Si voluntarie occaſionem laborandi in die feſti ſibi p̄parauit vt ſecando fenum tali die q̄ cogatur laborare in die feſto in curando congregando vel recondendo mortale videt̄. De maledictionibus iniurijs rixis contentionibus choreis et vanitatibus potationibus ſuperfluis ludis iuramentis periurijs ac mendacijs. Vide de ſingulis ſupra in locis ſuis.

De publicanis ſeu datiarijs. Ca. xiiij.

SI exercuit ſeu exegit ꝑ ſeipſum vl' per alios datia ſeu gabellas illicitas. nam hmōi exactiones iure canonico ciuili ⁊ diuino ſunt reprobate niſi ab impatore vel rege vel lateran̄ ꝯſilio ſunt conceſſe vl' alias ex longa conſuetudine cuius initij non extat memoria debeant vt ſupra. e. ti. c. iij. plene habetur ⁊ aliter exigens ſcienter mortaliter peccat ⁊ reſtituere tenetur. Si exegit vel extorſit vectigal ꝓ eis rebus pro quib' ſolui non debet. vel ſi de eis ꝓ quibus debet ſolui exegit plus q̄ȝ debuit. Nam ſi vltra data ſtatuta ſeu conſuetudines ratōnabiles eiuſdem pedagij aliq̄d ſcienter exegit mortaliter peccauit ⁊ reſtituere leſis tenetur. Si falſo ⁊ mendaciter adinuentiones fecit imponendo alicui qd̄ pedagiū defraudauerit. Nā vltra peccatum tenetur ei ſatiſfacere de omni damno inde ſecuto ⁊ de calumnia ſibi impoſita. Si vero exegit penā ⁊ emendam in quā quis iuſte incurrit pro eo ꝙ decepit ſeu decipe voluit pedagium occulte deferendo res obnoxias pedagio nō eſt illicitum dūmodo non exigat vl' extorqueat vltra q̄ȝ ei de iure ꝑmittitur ſm datum rationabile tamen eiuſdem. Si exegit ꝑ ſe vel per alios pedagium a clericis etiā prime tonſure tantū vel a religioſis ſeu ꝑſonis eccleſiaſticis ꝓ perſonis vel rebus ꝓprijs ſeu eccleſiarum ſuarū quibuſcunq; quas non cauſa negociationis deferunt vel deferre faciunt excōmunicationē incurrit. vt in. c. quāq̄ȝ. de cen. li. vi. a qua excōmunicatione abſolui n̄ poterit. ſ. ab epiſcopo niſi prius facta reſtitutione. ſm glo. ibidē in fi. nec ſufficeret cautio. ſȝ requirit actualis reſtitutio vt notat glo. in cle. preſenti. e. ti. con. ſte. Joh. de legna. ⁊ Joh. d' imo. Si vero pro rebus quas hmōi ꝑſone eccleſiaſtice cauſa negociationis deferunt nomine ſuo vel etiam alieno vel deferri faciunt exigatur vectigal ſeu pedagium licitum eſt. tamen ſtabit̄ iuramento eorum vel etiā nunciorum ſuorum. niſi ꝑſonarum qualitas diſuadeat. ſi queſtio ſit de clericatu. ſ. an deferēs ſit clericus vel non vel ꝙ res portet̄ cauſa negociationis vel nō. Co cor. predicti doct. Si exegit per ſe vel per alios pedagiū ꝓ reb' quas portant layci ꝓ vſu ꝓprio de hoc vide ſupra. e. ti. ca. iij. Si exiſtens depoſitarius ſeu caneparius pecuniarū exactarū pro pedagio infideliter ſe habuit. Nā ſi occulte aliq̄d exegit a ſocijs vl' ſubtraxit aut retinuit ſeu alias quoquomodo defraudauit vltra peccatum tenetur om

nia reſtituere. ¶

¶ De rectoribus ſeu adminiſtra toribus hoſpitaliũ ⁊ aliorũ loco rum piorum ac domorum reli- gioſorum. ¶ Ca. ¶ xv.

Si nouit ſe non ydo- neum regimini hu- iuſmodi locorũ pio- rum. nam eorũ gu- bernatio non poteſt ſine dei of fenſa cõmitti niſi viris ꝓuidis ydoneis ⁊ boni teſtimonij qui ſciant velint ⁊ valeãt loca ipſa ac bona eorũ ⁊ iura vtiliter re- gere ⁊ eorum ꝓuentus ⁊ reddi tus in perſonarum miſerabiliũ vſum fideliter diſpenſare. vt ha betur in cle. quia contingit. ð re ligio. domi. Si exiſtens rector ſeu adminiſtrator alicuius ho- ſpitalis ſeu loci pij confecit in- uentarium bonorum omnium eiuſdem loci ⁊ iuramentum ꝓ- ſtitit. Nam ad hoc tenetur vt ibi. ⁊ iurabit iuxta formam quã ponit ſpe. in ti. de tutore. in ꝓn- cipio. Si bona ⁊ prouentus ho- ſpitalis ſeu loci pij quoquomo- do in vſus proprios conuertit. nam hoc nullatenus licet vt in dicto. c. quia contingit ſcilicʒ vl tra victum ⁊ veſtitum nec fru- ctus etiam a ſolo ſeparatos fa- cit ſuos tal' rector vt notat glo. ibidẽ. ⁊ ſic in hoc habet mino rem poteſtatẽ q̃ȝ prelatus qui huiuſmodi fruct⁹ facit ſuos vt plene dicetur infra. c. xvij. Et ſi ſcienter eos cõuerterit in vſum proprium aliter q̃ȝ predixi mor taliter peccat ⁊ ad reſtitutionẽ tenetur. vt no. in dicto. ca. quia contingit. ⁊ ibi per Jo. de imo. ⁊ alios doct. Si fuit negligens recuperare bona res ⁊ iura ipo rum locorum a manibus occu- pantium ſeu vſurpantium. Nã ad hoc tenetur ⁊ ſi nõ facit pec cat cum ⁊ negligens acquirere quãdo poteſt teneatur. xij. q. iiij quicunqȝ. Concor. Joh. de imo. vbi ſupra. Si ex negligentia ſua permiſit collabi ⁊ diſperdi do- mos aut edificia ruinis defor- mari tenetur ad emendaȝ. Nã hoc eſt ſignum euidẽs male ad miniſtrationis ⁊ debent huiuſ modi reparari de redditibus lo corum qui ſuperſunt vt notat glo. vbi ſupra. Si ea que ad cer tum vſum ſunt oblata ſeu reli- cta in vita vel in morte ad aliũ vſum conuerterit etiam pium. Nam hoc non licet niſi autori- tate ſedis apoſtolice precipue quando poſſunt ꝯuerti ad vſuȝ deputatum ſecundum Lapum Si vero non poſſunt ad iſtum vſum conuerti poterunt ad ali um conuerti etiam per inferio- rem a papa ſm quoſdam vide notata per Johan. de imo. vbi ſupra. ⁊ do. An. ð. hu. in. c. ſigni ficatum. de ꝓben.

¶ De clericis ⁊ in ſacris ordini bus ꝯſtitutis. ¶ Ca. xvi

k iiij.

Circa clericos ⁊ in ſa-
cris ordinibus conſti
tutos poſſunt ſic for-
mari interrogatōnes plus ⁊ mi
nus prout conditioni eorum vi
debitur expedire. Primo ſi ri-
te ordinatus eſt. Nam ſi exiſtēs
irregularis puta bigamus ho-
micida mutilator illegittimus
⁊ huiuſmodi ⁊ abſqꝫ diſpenſati
one ordinem recepit mortaliter
peccauit. Nec habet executōēꝫ
ordinis niſi diſpenſetur cum eo
alias ſi exequeretur peccarꝫ ad
huc mortaliter. Si fuit ordina-
tus ante etatem legitimaꝫ mor
taliter peccauit ⁊ debet ſuſpen
di ab executione huius ordinis
vſqꝫ ad etatem legittimam. ex̄
de tempo. ordi. vel non eſt. con.
glo. in cle. generalem. de eta. et
quali. vide vbi. Si fuit ordinat⁹
extra tempora cōgrua debet de
poni. ex̄. e. c. ſane. Si fuit ordina
tus per ſaltum. i. vno ordine pre
termiſſo aliū ſuperiorē recepit.
vltra peccatū debet deponi ſed
ex diſpenſatōne ep̄i ſi nō ex ma
licia hoc fecerit poteſt ad ordi-
nem omiſſum ꝓmoueri. di. lij. ſo
licitudo. ⁊ ex̄. de cle. ꝑ ſal. pro. c.
vnico. Glo. Ray. dicit ꝙ hoc ca
ſu etiā ad ſuperiores ordines p̄t
ꝓmoueri per ep̄m. Secus vide
tur ſi ex malicia. Si per ſymoni
am ordinem recepit aliquid tē-
porale dando vel ꝓmittendo ꝓ
ipſa ordinatione ordinatori vel
alteri cuiuſqꝫ. ſiue ſit mun⁹ a ma
nu ſiue ab obſequio vl' a lingua
Nam ſic excōmunicationē ⁊ ſu
ſpenſionem incurrit a qua non
poteſt abſolui vel diſpenſari ni-
ſi a Ro. pon. preterqꝫ in mortiſ
articulo vt patet in extrauagan
ti Martini quinti. que incipit
damnabile. ⁊ alia eugenij pape
iiij. que incipit cum deteſtabile
Si ſcienter ordinatus fuit ab
ep̄o ſymoniaco licet nō ſymoni
ace. Naꝫ mortaliter peccauit ⁊
non recepit executionē ordinis
ſed eſt ipſo iure ſuſpenſus ⁊ irre
gularis ſm Ray. nec poteſt per
ep̄m diſpenſari. i. q. i. ſi quis a ſy
moniacis. Secus ſi ignoranter
quia tunc poterit ab epiſcopo
ſed non ab eodem. Cō. hoſti. Si
exiſtens excōmunicatus maiori
excōmunicatione ordinē ſacrū
vel etiā non ſacrum ſcienter ſu
ſcepit mortaliter peccauit. nec
ordinis executionē recepit. Si
vero ignoranter ignorantia pro
babili tunc ſi eſt clericus ſecula
ris ſolus papa diſpenſat. Si ve
ro religioſus abbas vel prelatuſ
eius. ex̄ de ſen. excō. cum illoruꝫ
⁊ ibi glo. ⁊ do. ⁊ Rich. in. iiij. di.
xviij. ar. iij. q. i. Si exiſtēs in mor
tali peccato etiā occulto ordinē
recepit. Nam mortaliter pecca
uit ſm Ray. ſic recipiendo ordi
nes ſicut ⁊ alia ſacramēta. xl. di.
multa. xcv. di. Illud. Concor. tho.
⁊ pe. in. iiij. ſenten. diſt. xxiiij. Si

ſciens ſe excõicatum vel in pec-
cato mortali exhibuit ſe in ali-
quo actu ſeu officio ordinis vt
faciendo acolitatũ. ſubdyacona
tum. dyaconatũ. aut ſolenniter
aliqđ ſacramentũ miniſtrando
puta baptiſmum. ſacram euca-
riſtiam ſeu penitentiã ꝛ hmõi
mor. pec. ꝛ totiẽs quotiẽs hmõi
actum fecit ſm tho. ꝛ Alex. Si
excõmunicatus maiori excõmu
nicatione ſolenniter celebrauit
Nam ex hoc efficitur irregula-
ris. xi. q. iij. Si quis epiſcopus.
primo ꝛ ſecundo. Nec poteſt di
ſpenſari niſi per papam de ſen.
excõ. is qui. li. vi. Conſtitutus tñ
in minoribus ſolum ſi miniſtrat
ſeu exercet officiũ ſuum etiã cũ
ſolennitate ſm quoſdã non effi
citur irregularis. qꝛ illa duo ca-
pitula nõ loquunt̃ de eis. Sed
hoſtienſis ſentit ꝙ ſi talis ſe in-
gerat diuinis tanq̃ in ſuo ordi
ne vel officio. Nõ tanq̃ acoli-
tus vel exorciſta irregularis effi
citur. vt capitulo cũ mediana
lis. đ ſen. excõ. li. vi. ar. xiij. d. aco
litus. ꝛ tribus. c. ſequẽtibus. idẽ
colle. ex̃ đ cle. ex mĩ. illud ꝛ arch.
xi. q. iij. ſi quis a ſuo. Et hec opi-
nio verior vt habet̃ in ſpe. ti. de
lega. Si vſus eſt ordine a quo
erat ſuſpenſus. Nã ſiue ſuſpen-
ſus erat a iudice ſiue a iure. Et
miniſtrauit in ordine a quo erat
ſuſpenſus irregularitatẽ incur-
rit. xi. q. iij. ſi quis epiſcopꝰ. ꝛ per

ſolum papam diſpenſari poteſt
vt in dicto. c. cum medicinalis.
Si exiſtens interdictꝰ vſus eſt
ordine. Nam irregularitatẽ cõ
traxit ſiue ei ſint interdicta di-
uina ſiue eccleſie ingreſſus. vt in
c. is cui. de ſen. excõ. li. vi. Si ce-
lebrauit ſcienter in loco interdi
cto non exiſtens ſup hoc priuile
giatus nec in caſu a iure conceſ
ſo irregularitatẽ incurrit a qua
niſi p Ro. pontificem diſpenſa
ri poterit. extra de ſen. excõ. is
qui. li. vi. Si vſus eſt ordine quẽ
non habeat. Nam ſm Rai. qui
nullum habens ordinem vel ali
quem habens exercuit officiũ
alterius quem non habuit. In
primo caſu ſi non velit ceſſare
debet excommunicari ꝛ nunq̃
ordinari. extra de non or. mi. c. i
In ſecundo caſu debet deponi
ab eccleſiaſtico ordine quẽ ha-
bebat. c. i. ꝛ. ij. ꝛ eſt irregularꝭ vt
no. ſco. in. iiij. di. xiij. q. ij. Si vſus
eſt ordine in irregularitate. Nã
totiens incurrit nouum irregu
laritatis vinculum vel ſaltẽ trãſ
gredit̃ totiens dei ꝛ eccleſie p̃-
ceptum. extra de tempo. orđ. ſe
pe. li. vi. de ſen. excõ. is qui. ꝛ. ca.
Is cui. e. li. Si extitit notorius
fornicator altero de tribus mo-
dis vt qꝛ confeſſus eſt in iudicõ
p ſeipm̃ vel ꝯuictus vel crimen
adeo manifeſtum eſt ꝙ non po
teſt vlla tergiuerſatione celari.
Nam talis ipſo iure ſuſpenſus

ẽ quo ad ſe ⁊ quo ad alios.xxxij
di.c.preter hec.⁊.lxxx.di.i.ſi qui
ſunt.⁊ hoc verũ ſiue talis fuerit
in ſacris ſiue in minoribus ordi
nibus conſtitutus.vt no.archi.
xxxij.di.c.ad hec.Et ẽ ſuſpenſuſ
ab oib⁹ actib⁹ ordinũ q̃diu in
vicio pſeuerauerit ſi interim of
ficia ſua exequatur efficit̃ irre⸗
gularis ⁊ habet opus per Ro.
pontificem diſpenſari etiam ſi
a vicio ceſſaſſet ſm Inno.⁊ hoſ.
vt notãt archi.⁊ dñs An.de bu.
Unde licet a vicio ceſſauerit ſi
ante diſpenſationem vtitur of
ficio ſuo mortaliter peccat.Si
aũt ſic ſuſpenſus non eſt execu
tus officia ſua indiget tñ abſo⸗
lutione quam poterit tunc epi⸗
ſcopus facere ſm In.debet eti
am talis ab aliis euitari in miſ
ſa ⁊ diuinis officiis.di.xxij.null⁹
⁊.c.preter hec.etiam anteq̃ſ ſit
admonitus ſm cõmunẽ opinio
nem doc.quã tenẽt Tho.Rai.
ho.Inno.hoſti.Jo.cal.⁊ domi⸗
nus An.de bu.⁊ hoc verum ſm
ea que ↄtinentur in corpore iu⸗
ris.ſ.q a tali non debent audiri
diuina nec recipi ſacramẽta ni⸗
ſi baptiſmus ⁊ euchariſtia in ex
trema neceſſitate.xxxij.di.§.ve
rum.Circa hec tñ aliqua inno⸗
uata ſunt per conciliũ baſilien̄.
vide in piſa.clericus.iij.§.i.in ad
ditione.Si tonſuram non por⸗
tauit vel nimis breuem peccauit
Si intendit vti priuilegio cleri⸗

cali ſm Rich.in.iiij.di.xxiij.ar.ij
q.i.Si exercuit officia vel com⸗
mercia ſecularia maxime cleri⸗
cali honeſtati indecentia vt mi
niſtrare in taberna vel publice
ſtare ad macellũ.aut ſe tiranni
di immiſcuit ſeu arma portauit
ad aleas luſit comam nutriuit
veſtem nimis breuem vel d̃ pã⸗
no rubeo vel viridi detulit.Nã
hec oĩa clericis ꝓhibita ſunt
extra de vi.⁊ ho.cleri.per totuſ
Si nimis familiaris vel dome⸗
ſticus fuit cum mulieribus pre⸗
cipue extraneis vel habitauit
ſimul cum eis.Nã hoc eſt ꝓhi⸗
bitum.extra de cohabita.cleri.
A nobis.Si exercuit officium
alicuius ordinis ſacri ſine debi⸗
tis ornamentis vt faciendo ſub
dyaconatuſ ſine manipulo dya
conatum ſine ſtola vel celebran
do miſſam ſine veſtibus ab epõ
benedictis.ſ.ſine amictu alba
cingulo ſtola manipulo ⁊ plane
ta.Nam celebrãs ſine his gra⸗
uiter peccat ſm Rich.⁊ ſco.in
iiij.diſt.iij.Ubi tñ cõſuetum eſt
cingulum non benedici non cre
dit Richardus q celebrans cuſ
cingulo non benedicto peccet.
Concor.archid.de conſe.diſt.c.
Concedim⁹.⁊ Gemi.de pe c.d̃
gradatio.li.vi.Si celebrauit ſci
ens ſine lapide ſacrato.Aut ſi⸗
ne licentia.Aut ſine adiutore
vel ſine miſſali vel huiuſmodi.
Nam in quolibet horum videt̃

mortale. quia prohibitum eſt d
con. di. i. c. i. et c. Concedimus. et
de con. di. iij. hoc quoqꝫ. nec ex-
cuſat ignorantia iuris. Si exi-
ſtens in ſacris omiſit horas ca-
nonicas dicere. Nam totiens
peccauit mortaliter quotiēs ſci
enter et ex induſtria ſeu malicio
ſa negligentia omiſit vnam ho
ram vel plures. non quod ſint tot
mortalia quot ſunt hore omiſſe
in die. ſed ſi vnam omiſit eſt vnū
mortale. ſi duas vel plures eo-
dem die eſt etiam vnum tantū
peccatū mortale ſed tanto gra
uius quāto plures omiſit. quia to
tum officium vnius diei cadit
ſub vno precepto et ſic omittēs
officium vnius diei ſiue in toto
ſiue in parte transgreditur ſolū vnū
preceptum ſm Al. Secus ſi omi
ſit ex obliuione vel infirmitate.
imo ſm Inno. Infirmi excuſan
tur a dicendo officiū vel etiam
ab audiendo ſi directe vel occa-
ſionaliter eis poſſit obeſſe. Si
dicendo officium diuinum alijs
exercitijs extrinſecis ſeu manua-
libus ſe occupauit aut mentem
euagare non curauit transgreſ
ſor eſt precepti eccleſiaſtici extra
de cele. miſ. dolentes. vbi diſtri
cte precipitur clericis in virtu-
te obedientie vt diurnum offi-
cium pariter et nocturnum quan-
tum eis deus dederit ſtudioſe
celebrent et deuote. Si fecit offi
cium ſecundum ordinē eccleſie
romane vel metropolitane. nam
ad hoc tenentur clerici ſecula-
res ſm Guil. Et no. Johan. de
imo. in cle. Graui. de cele. miſſa.
A ſacerdotibus ſimplicibus.
Si celebrauit miſſam in locis
ab epiſcopo nō conſecratis. Nā
hoc nō licet niſi pro ſumma ne
ceſſitate puta vbi eccleſie com-
buſte ſunt vel in itinere cum de
fuerit eccleſia quia tunc licet ce
lebrare ſub aere ſeu in tentorijs
cum tabula tamen conſecrata
de conſe. diſt. i. c. ſicut. et c. conce
dimus. alias vero in domibus
oratorijs priuatis non licet niſi
ex priuilegio pape vel ex ratio-
nabili cauſa de licentia epiſco-
pi. Concor. Rich. in. iiij. diſ. xiij.
ar. iij. q. i. ſi celebrauit in morta-
li exiſtens niſi prius de eo con-
feſſus licet contritus peccauit
mortaliter niſi in caſu de quo
ſupra parte tercia. ti. iij. c. ij. Si
celebrauit nondum dictis ma-
tutinis peccauit mortaliter ſm
Guil. et hoſti. An vero primam
celebrare nō eſt mortale niſi ſit
contra preceptum vel inſtitutū
vel conſuetudinem loci ſecūdum
e. Guil. Si celebrauit ad facien
dum beneficia vel maleficia mor
tale eſt et prohibitū. xxvi. q. v. qui-
cūqꝫ. Si celebrādo nō conſecrauit.
Aut ſi conſecrauit ſacramentū
non ſumpſit vel ſolum ſumpſit
hoſtiam abſqꝫ ſanguine. Nam
hoc prohibitum eſt de con. di. ij

relatum. ꝛ. c. ſe. ¶ Si nō exiſtens
ieiunꝰ celebꝛauit moꝛtaliter pec
cauit. vij. q. i. nichil. ꝛ de con. di.
ij. liquido ¶ Si non in azimo cō
ſecrauit ſed in fermentato gra-
uiter peccauit agens contra ſta
tutum ꝛ conſuetudineꝫ eccleſie
ſm tho. ¶ Si cum hoſtia coꝛru
pta vel vino acetoſo ſcienter ce
lebꝛauit grauiter peccauit ſm
Tho. in. iiij. diſt. ij. ¶ Si obmiſit
aquam cum vino in calice pone
re ex ignoꝛantia vel certa ſcien
tia grauiter peccauit de cō. di.
ij. c. i. ꝛ ſe. ¶ Si euomuit ſacra-
mentum ex foꝛacitate vel ebꝛie
tate moꝛtale eſt. de con. diſ. ij. ſi
quis ebꝛietatem. ¶ Si ſtilla ſan
guinis cecidit ſup terraꝫ vel ali
bi extra calicem poteſt de facili
eſſe moꝛtale. de con. diſt. ij. Si p
negligentiam. ¶ Si poſt pollu-
tionem nocturnam pꝛocedentē
ex cauſa moꝛtali immediate ce-
lebꝛauit ſine neceſſitate videt
moꝛtale etiam ſi confeſſus fuit
de ea ſecundum Thomā. ¶ Si
nimis raro celebꝛauit pꝛecipue
in ſolennitatibus magnis ſine
cauſa rationabili celebꝛare no-
luit videtur moꝛtale ſm Tho-
maꝫ. ¶ Si plures miſſas in die
dixit in caſu non conceſſo moꝛ-
tale eſt. caſus conceſſos ponit
Hoſti. in ſum. e. ti. ꝛ dicit An. d
bu. in. c. conſuluiſti. ¶ Si miſſaꝫ
celebꝛauit tardiꝰ qꝫ debuit moꝛ
tale videtur. pꝛecipue ſi notabi

liter exceſſit tempus ſtatutum.
de conſe. diſt. i. nocte. ꝛ. c. ſolent.
¶ Si coꝛpoꝛalia veſtes ſacras ꝛ
vaſa miſterij ꝛ huiuſmodi mun
da tenuit ꝛ nitida. nam ad hoc
ex pꝛecepto tenetur. extra d eu.
kucha. c. relinqui. ¶ Si ſemel de
dicata cultui diuino aliquando
conuertit ad alios vſus Nam
hoc pꝛohibitum eſt. xiij. q. ij. qui
ſemel. ¶ Si conſueuit menſam
benedicere ꝛ poſt refectionem
gratiarum actiones reddere vt
debet. xliiij. di. non liceat.

¶ De beneficiatis canonicis ꝛ
curatis. ¶ Ca. ¶ xvij.

Irca canonicos et
bn̄ficiatos vltra mē
ta in pꝛecedenti ca-
pitulo dicta que eti
am eos tangunt poſſunt de in-
fraſcriptis per oꝛdinem interro
gari. ¶ Pꝛimo ſi pꝛo beneficio
ſimplici vel curato officio vl' di
gnitate eccleſiaſtica obtinenda
ſymoniam commiſit. Nam qui
pꝛo talibus quomodolibet pe-
cuniam vel aliud qd pꝛecio exti
mari poſſit dederit vel recepe-
rit aut in hoc mediatoꝛ extite-
rit ſuſpenſionem ipſo facto ꝛ ex
communicationem incurrit. ſi-
ue ſymonia fuerit occulta ſiue
manifeſta nec ab eis preterqꝫ
in moꝛtis articulo ab alio quaꝫ
per ſummum pontificem abſol
ui poterit. ¶ Et ſic pꝛomotus

electus vel confirmatus per ſy-
moniam nichil iuris acquirit ĩ
eis. ſed ipõ iure talis electio ſeu
collatõ nulla eſt nec facit fruct⁹
ſuos ſed ad illorum omniuz que
percepit reſtitutionem ſub ani
me ſue periculo eſt aſtrictus vt
patet in extrauaganti Marti-
ni quinti que incipit Multe. et
in alia eiuſdem que incipit Dã
nabile. ⁊ in alia Eugenij. xli. que
incipit. Cum deteſtabile. Si be
neficium officium vel dignita-
tem eccleſiaſticã obtinuit obla-
ta ab alio pecunia pro eo. nam
ſi ipſo ſciente vel etiã ignorãte
ſymonia cõmiſſa eſt cum epiſco
po ſeu collatore beneficij cũ ex
hoc collator excõmunicationez
incurrat vt ſupra collatio nulla
eſt. Si vero pecunia data eſt vl
pmiſſa alteri q̃z collatori ⁊ pro
motus expreſſe contradixit nõ
obeſt ei extra. e. ſicut tuis. Nõ
verum videtur quãdo pecunia
data eſt p ↄfirmatione poſt ele
ctionem ab. ſy. tenet ꝙ non ſit
ſymonia. ſecus ſi p electione li-
cet contradicatur niſi hoc fierz
ab initio volente pmotionem
impedire vt ibi. Con. hoſtiẽ. Si
võ pecunia data fuerit ab ami
co vel promiſſa eo ignorante ⁊
huiuſmodi pmiſſione interueni
ente poſtmodum electus fuerit
vel pmotus licet ipſe pmotus
non ſit ſymoniacus ex quo hoc
ignorauit tamen renunciare te

netur beneficio. ex. e. de ſymo. ⁊
c. nobis. Cõ. Rich. in. iiij. di. xxv.
ar. ij. q. iij. ⁊ qñ ſymonia eſt cõmiſ
ſa p ipm vel p aliũ eo ſciẽte ⁊ ñ
ↄtradicẽte tenet reſtituere oẽs
fruct⁹ pceptos. xiiij. q. vi. ſi res. ⁊
ex de reſti. ſpol. grauis. Genera
liter eñ poſſidens ſine titulo te
net ad oĩa damna ⁊ lucra per
cepta vel pcipienda. ff. de rei vẽ.
ſi maius. deductis tñ expẽſis q̃
fiũt gratia fructuũ querendorũ
⁊ ↄſeruandorũ q̃ deducunt tã a
bone fidei q̃z a male fidei poſ-
ſeſſore ⁊ deductis etiã expenſis
in ſeruitiũ vel vtilitatẽ eccleſie
factis. Con. Ray. ⁊ Tho. ⁊ idez
iuris eſt de illo q̃ ⁊ ſi prius neſci
uit tñ poſtq̃z ſcinit nõ ſtatim re
nunciauit. ex. e. õ ſymoniace. Si
quoquomodo emit vel vendi-
dit aliqõ officiũ eccleſiaſticũ vt
vicariã ppoſituram ſiue yconõ-
matum pcurationem ſ. rerum
eccleſiaſticarum adminiſtratio-
nem aduocatiã vel caſtaldiona
tum ⁊ hmõi. Nã in his oĩbus
dicũt Hugo ⁊ Bar. brix. ſemper
cõmitti ſymoniã ſi emantur et
hoc quia prohibitum eſt. extra
eodem. Ad noſtraz. i. q. i. Si q̃s
epiſcopus. Et dicit domin⁹ an.
de bu. in. c. tua nos. ex. e. ꝙ dare
pecuniam vel aliud temporale
ad cauſandum dationem iuris
ſpiritualis. ſiue cum pacto ſiue
ſine pacto ſiue ante ſiue poſt ſy
moniam inducit. i. q. i. Emẽdari

dicit tamen in capitulo veni-
ens.e.ti.q̄ datione pecunie ſine
conuentione nō cōmittitur niſi
ſymonia mentalis ſm hoſtiē.q̄
per penitentiā abolet̄ ⁊ ſufficit
ſola conuentio ad inducendū ſy
moniam dato q̄ non ſeruet̄ ꝓ
miſſum.hec ille. Si obtinuit be
neficium p̄ preces carnaleſ. Nā
ſm doct.ſi quis porrigit preces
ꝓ ſe ꝓ obtinenda dignitate be-
neficio ſeu eccleſia habente cu-
ram animarū tales preces indu
cunt ſymoniaꝫ etiā ſi alius erat
dignus quis eoipſo q̄ ſe in hoc
ingerit ambicioſus ⁊ ꝯſequēter
indignus reputat̄.⁊ hec opinio
eſt cōmunior ⁊ ſecurior quā te-
net hugo hoſti.gof.tho.ij.ij.q.⁊
indirectorio iur̄.l.iij.e.ti. Si au
tem porriget preces pro benefi
cio ſimplici ⁊ indigeat nec di-
gnus eſt eo ꝓpter aliqđ crimen
vel impedimentum non eſt ſy-
moniacus nec peccat ſm eos
extra.e.tua nos. Si vero non in
digeat vel ſi indign⁹ peccat ſm
Ray.⁊ Tho.i.q.ij.clericos.xij.q
i. Illi aūt ſatis concor.ab.ſy.de
iur̄.ga.p̄ veſtras. Si alterius p̄-
cibus beneficium obtinuit ⁊ p̄
ces ſunt carnales vt quia ille q̄
precatur attendit principaliter
ad parentelam tunc ſm om̄es
doct. Si preces porrigantur ꝓ
indigno ſymonia eſt.i.q.i.ſunt
nonnulli.⁊.c.de ordinationibuſ
Si vero porrigatur pro digno

⁊ elector ſeu collator habet prin
cipaliter reſpectum non ad pre
ces carnales ſed ad merita ⁊ di
gnitatem promouendi non eſt
ſymonia.extra de eta.et quali.
kiam.i.q.i.latoreꝫ. Secus ſi pn
cipaliter facit fauore precū vel
timore rogātiſ expectās ex hoc
ꝯſeq̄ laudē vl̄ fauorē ab eo cui⁹ p̄
cib⁹ ſatis facit.q2 tūc ſymonia
cōmittit̄ ſm Tho.ij.ij.q.c.non
tamen ex hoc beneficio renūcia
re tenetur.extra.e.ca.ſi.in dire-
ctorio etiam iur̄.vel.iij e.ti.dici
tur q̄ ſiue quis pro ſe ſiue pro
alio etiam indigno roget ſiue
electores ſiue quoſcumq̄ alios
ſiue pro dignitate ſiue pro bene
ficio non dicitur beneficium ſy
moniace habere licet iniuſtas
funderet preces niſi intenderet
ex precibus ſe obligare collato-
ri beneficij vel per exauditionē
precum ipſum quem rogat exo
nerare ab obligatione alicuius
ſeruitij ei prius exhibiti.⁊ ſic vi
detur cōcluſiue dicere q̄ ſymo-
nia per preces inducta non pu-
nitur ab eccleſia vel cenſura ec
cleſiaſtica iure niſi propter hoc
fiat aliqua pactio vel conuentō
etiā ſi pecunia daretur ſm In.
Si obtinuit bñficiū ꝓpter ob-
ſequiū alicui puta p̄lato p̄ſtitū.
Nā ſm doc ſi obſequiū fuit illi
citū ⁊ īhoneſtū.vt q2 ſeruiuit p̄la
to in mercātijs ſeu ad vtilitatē
p̄rimonij ſui ſeu ꝯſanguineoruꝫ

ſuorum hac intentiōe principa
li vt beneficium obtineat ⁊ pre
latus propter hoc principaliter
confert vterq̧ ſymoniā cōmit-
tit.i.q.i.ordinationes.et.i.q.iij.
ſaluator. Concor.tho.⁊ Rich.in
iiij.non tamē tenetur beneficiō
renunciare niſi vt ſupra dictum
eſt de precibus interuenerit pa
ctio vel ꝯuentio vl' niſi eo alias
indignuſ fuerit puta quia illitte
ratus vel notorius fornicator ⁊
hmōi. Si vero obſequium ſit li
citum exiſtens dignus ſeruiuit
ſine pacto.non eſt ſymonia niſi
haberetur reſpectus principali
ter ad obſequium .vt no.glo.in
c.cum eſſent.e.ti.zāba.ibi clari⁹
⁊ ab.ſy.ſi electus a patronis vel
a collegio non petijt ꝯfirmatio
nem ab eo ad quē ſpectat.nam
ſi ante confirmationem admi-
niſtrauit vel infra tres menſes
poſt conſenſum electioni de ſe
celebrate preſtitum ipſius ele-
ctionis confirmationem nō pe
tijt eoipſo cadit ab oīni iure ex
ipſa electione ſibi queſito ꝺ ele.
auaricie .⁊.ca.quā ſit.li.vi. Nec
poſt tempus trimeſtre poterit
amplius cōfirmari. Sufficit tñ
petere ꝯfirmationē licet nō ob
tineat exquo ꝑ eū nō ſtat.vt ibi
no.glo.⁊ Henri.de hoc plenius
ibidē. Si de manu dñi tpalis vl'
ꝑ potentiā eccleſiaſticā benefici
um obtinuit. Nā talis dicit̄ in-
truſus ⁊ cum nō intrauerit per
hoſtiū fur eſt ⁊ latro.nec poteſt
aliquid de tpalibus vl' ſpūalib⁹
diſponere nec abſoluere aut ſa-
cramenta ꝓochianis illi⁹ eccle
ſie miniſtrare ⁊ neceſſe hab3 re
ſignare vel diſpenſatōem ab eo
qui poteſt obtinere.ex̄ de elect.
nichil.⁊ de reſti.ſpol.In litteris
Et ibi plene ꝑ Inno.⁊ do.An.ꝺ
hu. Si exiſtēs illegitimus abſq̧
diſpenſatōne beneficiū recepit.
Nā hoc eſt ꝯtra iura.ex̄ de elec.
Innotuit.Ideo illud tenere nō
poteſt .in beneficio tñ ſimplici
epꝯs cū tali poteſt diſpenſare.ſ3
de curato vel dignitate ſol⁹ pa
pa vt in.c.is qui.de fil.preſbi.li.
vi. Cōcor. Rich.in iiij.di.xxv.ar.
iiij.q.iij. Si beneficium vel eccle
ſiam permutauit cum beneficiō
vel eccleſia alterius.nam ſi hoc
fit ſolo tractatu ⁊ conuentione
partium ſine autoritate ſuperi
oris ad quem ſpectat collatio
illorum beneficiorum ſymonia
reputatur.ex̄ de rerū pmu.cum
vniuerſorum.⁊.c.queſitum.pre
cipue quando eſſent diuerſe di
gnitates vel prebende diuerſa-
rum eccleſiarum vel etiam vni-
us eccleſie ſed vna habet onus
annexum vt in decre.ſignifica-
tum.de preben. Secus ſi eſſent
prebende vnius eccleſie paribus
vel vniformis ꝯditōis ⁊ ſolū eēt
diuerſitas tpalium quia tūc ꝑm
pau.poſſet vnus canonicus cu3
alio canonico eiuſdem eccleſie

permutare ſine autoritate ſupe
rioris ſicut temporale cum tem
porali. Nam aliud eſt canonia.
Aliud eſt ꝑbenda. de ꝑbendis.
c. Relatū. idem Inno. in. c. queſi
tum. Tutius tñ videt̃ ſm hoſt.
in ſum. eo. ti. Et dñs An. de bu.
in dicto. c. queſitū. ꝙ non fiat ta
lis ꝑmutatio ſine autoritate ſu
perioris. ⁊ ante factum hoc eēt
tenendū poſt factuȝ vero ſatis
forte poſſe ꝓcedere opinio In-
noc̄. vt no. Jo. de imo. in clemē.
ne ꝯceſſio. e. ti. vbi plene ḋ hoc.
ſi aliqḋ officiū vel beneficiū ec-
cleſiaſticū habens renunciauit
illi eo pacto vt det̃ alteri. puta
nepoti ſuo aliquo ſibi dato vel
ꝓmiſſo ſymonia eſt ſm Goff. et
Hoſti. viij. q. iij. talia. etiā ſi non
ꝓceſſerit ad actū renunciandi.
ſed ſolum ad actum paciſcendi
⁊ vterqꝫ peccauit mortaliter nͨ
ille cui ſic collatū eſt beneficiuȝ
illud retinere poteſt tale. Nam
renunciatio beneficij vel officij
eccleſiaſtici debet fieri in mani
bus eius q̃ui habet illud cōfer-
re vel cōfirmare. ex̃. e. admonet.
⁊ debet fieri pure ⁊ abſolute. i.
ſine pacto ⁊ ꝯuentione. ex̃ ḋ off.
del̃. ex pte primo. Si habēs lit-
teras a ſede apoſtolica ſup ꝓui
ſione ſibi fienda de aliquo bñfi
cio renunciauit litteris pro ali-
quo temporali pecunia vel pen
ſione interueniente pacto ſymo
niam cōmiſit ſm Inno. ⁊ hoſti.

⁊ talis p̄iuat̃ litteris ⁊ penſiōe
ſi quā recepit. Sed ſi ex officio
iudicis vel bonis iuris median-
tibus pure renunciet ⁊ ex alte-
ra parte aliquid tp̄ale datur ei
non eſt ſymoniacuȝ. ex̃ de renū.
ſane. ⁊. c. veniens. ⁊ ex̃ de pac. cū
pridem. Si ꝑlatus exiſtens cō-
miſit alicui vices ſuas ſeu iuriſ
ditioneȝ ſuā ſb̄ annuo cenſu. nā
cū tale ius ſpūale ſit ꝓ eo aliq̄d
dare vel recip̄e ſymonia eſt. ex̃
ne ꝑla. vi. ſu. c. i. ⁊ ſe. Et vt dicit
hoſti. ſicut ꝓ tali cōmiſſione iu-
riſditōis nō licet recip̄e certam
quantitatē pecunie multo mi-
nus licet recipere certaȝ quotā
id eſt certā ptem ꝓuentus Cō.
dñs An. de bu. ibideȝ. c. ij. Si ex
iſtens clericus vel canonicꝰ pre
bendarius locauit ꝑbendaȝ ſeu
fructus beneficij ſui vltra tem-
pus vite ſue. Nam hoc non licȝ
ei niſi fuerit rector vel prelatus
eccleſie vt no. Inno. in. c. queren-
lam. ex̃ ne ꝑla. vi. ſu. ⁊ ibi p doc.
Si beneficiū ſeu eccleſiaȝ male
tractauit ꝑmittens eam ruere
aut edificia collabi. Vel poſſeſ-
ſiones culpa vel negligētia ſua
deteriorari. Nam vltra pecca-
tuȝ tenetur ſatiſfacere. Si leſio
grauis fuerit vt notatur in dire
ctorio. li. i. ti. xvij. Idem hoſti. in
ſum. ti. de pe. ⁊ re. §. que pena.
Si male conſumpſit vel diſtra-
xit fructus ſui beneficij. Nā ſm
doc. fructus tales aut erant ad

menſam ſeu ꝓprium vſuꝫ depu tat ⁊ tunc licet peccet male vtē do vel cōſumendo eos tñ ad re⸗ ſtitutionē non tenet̄ nec ipi nec illi qui ab eo receperunt vt in cle. illa. de exceſ. p̄la. ſuper verbo ad menſam. Diuites tñ ⁊ potē tes qui per extorſionē fraudem ſeu violentiā ⁊ huiuſmodi ō eiſ reciperēt bene tenent̄ ſm Al. ⁊ tho. ij. ij. q. clxxxv. Aut erāt fru ctus ſiue ꝓuentus beneficij ⁊ ō his om̄ibus p̄latus ⁊ quilibꝫ cle ricus habens beneficiū cuꝫ ad miniſtratione q̄ꝫdiu viuit ⁊ ſa⸗ nus eſt donare poteſt intellige de iam ꝑceptis ⁊ recōditis mo derate tñ extra de donac̄. cete⸗ rum. Hoſti. vero in ſum. e. ti. §. ⁊ qō. ⁊ de peni. ⁊ re. dicit ꝙ ꝯſue⸗ tudo generalis tenet ꝙ prelati ſi ſani ſunt ⁊ ſui compotes poſ ſunt donare pecuniam fructus ⁊ huiuſmodi pro ſue libitu volū tatis. Cum aūt incipit infirma ri nichil iuris habet in eis nec ō iure cōmuni de ipis teſtari pōt licet poſſit elemoſinā facere ex̄ de teſta. ad hec. ſi tamen conſue tudo ſpecialis vel ſtatutum ec⸗ cleſie que nō nimis grauaret ec cleſiam diſponeret qō poſſet te ſtari ſecus eſſet quia tunc poſſꝫ teſtari. extra de teſta. Relatum ſecundo. ⁊ de conceſ. preben. ex parte. Et notat Geminia. in. c. preſenti de offi. ordi. li. vi. ⁊ Jo. an. ibidem in mercu. Cleric⁹ ve

ro non habens adminiſtratio⸗ nem ſed ſimpliciter ⁊ perſonali ter beneficiatus poteſt de fru⸗ ctibus vel ſtipendio qō ei ex ta li beneficio aduenit in vita do⸗ nare ⁊ in morte teſtari ad libi⸗ tum ⁊ generalis cōſuetudo qua ſi vbiqꝫ hoc opprobat vt notat glo. in dicto capitulo preſenti. eccleſia tamen ei ſuccedit in eiſ dem fructibus ſi decedat ab in teſtato. extra de teſta. relatum ſecundo. ⁊ ibi plene per do. An. de bu. de hac materia. aut erāt redditus capitulo ſeu clericꝫ vel miniſtris diſtribuendi ⁊ hos ſi prelatus ſibi retinet vel alicui donat mortaliter peccat ⁊ reſti tuere tenetur. quia nec danda eſt elemoſina de alieno. xiiij. q. v neqꝫ. Aut erant redditus ad di uinum cultum ſpecialiter depu tati ſeu pauperibus erogandi aut etiam fidei ſue vt fideliter diſtribueret ſimpliciter cōmiſſi ⁊ de his ſi dat cauſa neceſſita⸗ tis ſeu elemoſine vel etiam per ſonis honeſtis pro recompenſa tione patrocinij ⁊ laboris quaꝫ impendunt eccleſijs ſecundum quantitateꝫ laboris ⁊ induſtrie ſue bene ⁊ laudabiliter facit. xij q. ij. quicunqꝫ. ij. Si vero dat cō⸗ ſanguineis ſuis non indigenti⸗ bus vel cauſa turpitudinis aut fauoris humani ⁊ huiuſmodi vl tra peccatum tenetur reſtitue⸗ re de bonis patrimonialib⁹ vel

per induſtriam acquiſitis ſi ha-
bet niſi in vltimo caſu daret vt
redimeret vexationē ſuā. ⁊ niſi
ipē ſic ſatiſfecerit tenentur illi
qui talia ab eo male acceperūt
Concor. tho. vbi ſupra. Si cano
nicus ſeu beneficiatus exiſtens
in cathedrali vel alia collegiata
eccleſia recepit quottidianas
diſtributiones que loco preben
de dantur intereſſentib⁹ horis
canonicis cum ipē abſens fue-
rit vel etiam preſens ſed horis
non interfuerit. Nam talis illici
te recipit eas nᶜ facit ſuas imo
ad omnium reſtitutionem tene
tur. Nec valet cōſuetudo in cō-
trarium niſi infirmitas ⁊ ratio-
nabilis corpalis neceſſitas aut
iuſta ⁊ euidens eccleſie vtilitas
excuſaret. ex̄ de cleri. non reſi. c.
conſuetudinē. li. vi. ⁊ ibi plene
per Gemi. Si principaliter va
dit ad horas pro lucro. qꝛ tantū
habebit grauiter peccat ⁊ vide
tur ſymonia mentalis vt notat
glo. ibidem in fi. Si deſeruiuit
eccleſie ſue celebrando ⁊ officiū
ſuū dicendo ſicut debuit. Nam
ſi non fecit fructus beneficij illi
cite pcepit ⁊ ad eorum reſtituti
onem tenetur vt notat Ja. cal.
extra de cele. miſ. c. i. ⁊ Gemi. in
c. fi. de reſcrip. li. vi. Archi. xliiij.
di. c. i. ⁊ ſm eū talis peccat mor
taliter. Con. Rich. Si deſerui-
uit eccleſie ſed non debito mo-
do cum. ſ. in mortali culpa foret
Nam talis ſm archi. vbi ſupra
tenetur reſtituere fructus quos
percepit quadrupli ratione vi
de ibi ⁊ idem dicit cal. de cele.
mi. ca. i. do. An. ⁊ car. ibi tenent
ↄtrarium. ab. ſy. dicit qꝫ licet pri
ma opinio ſit rigida tn̄ tutior ē
in foro anime. Si in beneficio
fecit reſidentiam perſonalem.
Nam vt dicit Inno. ex̄ de cleri.
non reſi. c. clericus. omne bene-
ficium reſidentiam requirit ni-
ſi conſtet contrarium videt̄ ta-
men Tho. ⁊ hoſtien. ⁊ Ioh. an.
poſt eum qꝫ ſufficiat deſeruire
per ſubſtitutum ydoneum. ſi ſic
ſe habeat conſuetudo qđ verū
intelligit archi. xxxi. diſt. Sacer
dotibus in preben. non in digni
tatibus vel curatis. Et no. Ge-
minia. in. c. fi. de reſcrip. li. vi. Ex
cauſa tamen rationabili poteſt
eps ad tempus diſpenſare. vt in
c. licet canon. de elect. li. vi. Si
plura beneficia cum cura habꝫ
nam de iure cōmuni habens di
gnitatem ſeu perſonatum que
idem ſunt vel beneficium cura-
tum ſi ſm tale r̄cipiat abſqꝫ di-
ſpenſatione pape ipſo iure va-
cat primum. extra de pben. de
multa. ⁊ de ↄſue. c. i. li. vi. Sed ſi
primum retinere contenderit.
ſecundo expoliari poterit vt in
dicto. c. de multa. vbi dicit dn̄s
An. de bu. hoc verum eſſe poſt-
qꝫ conſecutus eſt beneficium ⁊
eius pacificam poſſeſſionē cum

fructibus.⁊ habetur in.c.ſi tibi
conceſſo cum gloſa ſua.li.vi.licȝ
tamen habere perſonatum cuȝ
cura ſeu beneficium curatum ⁊
prebendam cui annexa eſt par
rochialiſ eccleſia vel aliud bene
ficium curatum. Nec eſt contra
predicta etiam ſi ſint in eadem
eccleſia dūmodo deſeruire faci
at eccleſie annexe per ydoneuȝ
vicarium perpetuum.vt in.c.ſu
per.e.de p̄ben.li.vi.⁊ ibi glo.et
Gemi. Si habens beneficium
curatum vi occupat ſecundum
etiam curatum ſeu ſe ſcienter
iniuſte intrudit eo priuatus eſt
primo. Secus ſi habens eccleſi
am curatam ⁊ poſtea violenter
occupet prebendaȝ vel ſimplex
beneficium etiam ſi ei eſt anne
xa alia eccleſia curata.vt in.c.eū
qui.de preben.li.vi.⁊ ibi. Si du
as vel plures eccleſias ſeu p̄ben
das habet. Nam de iure cōmu
ni abſq̃ diſpenſatione nō licet
niſi in quinq̃ caſib⁹. Primus
eſt quādo eccleſie ſunt ita tenu
es q̄ neutra ſufficit ad ſuſtenta
tionem. Secundus eſt ſi vna
dependet ab altera. Tertius
eſt ꝑpter raritatem clericorum
Quartus eſt ſi eccleſia anne
xa eſt dignitati vel prebende.
Quintus eſt ſi habet vnam in
titulatam ⁊ aliam cōmendataȝ
vide plenius in piſa.beneficiuȝ
i.§.iij.epiſcopus tamen ſuꝑ plu
ralitate prebendarum ſeu bene
ficiorum ſimplicium vel etiam
q̄ quis habeat beneficium cu
ratum ⁊ ſimplex diſpenſare po
teſt vt notat glo.in.c.litteris ex
tra de preben.qđ videtur etiaȝ
ſentire ibidem dominus An.d̄
bu.quando beneficia ſunt in di
uerſis eccleſijs.ſecus ſi in eadeȝ
eccleſia glo.in dicto.c.primo de
conſue.ſuper verbo niſi vnicuȝ.
dicit q̄ epiſcopus poteſt diſpē
ſare q̄ quis habeat vnum per
ſonatum vel officium cuȝ cano
nicatu ⁊ prebenda etiam in ea
dem eccleſia.q̄ autem habeat
duas canonias eiuſdeȝ eccleſie
diſpenſare nō poteſt quāquā in
diuerſis poſſit.⁊ ſic videtur de
bere intelligi opi. Inno.extra d̄
cleri.nō reſi.c.fi. Si plura bene
ficia etiā ſimplicia habet cū nō
indigeat ⁊ vnum vel pauciora ſi
bi ſufficerent ſm ſtatum ſuum
nō licet nec taliſ videt᷑ in bono
ſtatu ſm Ray.⁊ tho.etiā ſi ha
beat cū diſpēſatōe epī vel pape
q2 diſpenſatio etiam ꝑ papā fa
cta ſine iuſta cauſa non excuſat
quo ad deū.ex de voto nō eſt.⁊
ibi glo.⁊ do.an.de bu. Si bene
ficium curatū aut parrochialis
eccleſie regimen recepit ante tē
pus a canone prefixum.nā qui
hmōi curam ſuſcepit anteq̄ā
xxv.annum attigerit ipſo iure
priuat⁹ eſt nec poteſt epiſcop⁹

diſpenſare ꝙ ante predictā eta-
tem curam talem habeat ſꝫ ſo-
lus papa. vt in. c. licet. canon de
elec. li. vi. ſuper verbo carere. Si
ad ꝓchialis eccleſie regimen
aſſumptus eſt non exiſtēs ſacer
dos. Nam ſi ſe infra annum cō
putando a die aſſignati ſibi re
giminis ad ſacerdotium ſe pro-
moueri non fecerit lapſo anno
priuatus eſt niſi fuerit eccleſia
collegiata. vt in. c. ſtatutum. ⁊. c.
cum ex eo. de elec. li. vi. Poſſūt
tn̄ epiſcopi diſpenſare cū talibꝰ
cauſa ſtudij ꝙ non ꝓmoueant
vſqꝫ ad ſeptennium niſi ad ordi
neꝫ ſubdyaconatus. ⁊ illo inter
medio tempore debet de ſuffi-
cienti vicario eccleſie prouide-
ri qui curam exerceat diligēter.
vt in dicto. c. cum ex eo. Si ſciē
tia ⁊ moribus ſe ſentit ydoneū
ad huiuſmodi curam ⁊ regimē
nam ſi non eſt competenter lit-
teratus ⁊ vita ⁊ moribus com-
mendandus vt dicitur in. c. cuꝫ
in cunctis. de elec. ⁊. c. licꝫ canō.
e. ti. li. vi. non videtur in ſtatu ſa
lutis niſi renunciet. vt in. ca. niſi
cum pridem. §. ꝓ defectu. extra
de renun. Si pro baptiſmo vel
criſmate pecuniam exegit. nam
ſymonia eſt ⁊ prohibitum. i. q. i.
c. dictum eſt. ⁊. c. baptiſandis. ⁊
ibi glo. ⁊ archi. ꝺ hoc plene Ri.
⁊ Sco. in. iiij. di. v. Si ꝓ eucha-
riſtie collatione aliquid exegit
ſymonia eſt ⁊ ꝓhibitū. i. q. i. nul
lus. ⁊. c. dictuꝫ eſt. Si ꝓ celebra
tione miſſe aliqͦd ex pacto acce-
pit. Nā ſm̄ Ray. ſi habēs bene
ficiū vel eccleſiā in titulū quam
tenet̄ officiare ⁊ aliquid exigat
etiā ꝑtextu laboris vel ſumptuū
ſymoniā cōmittit. i. q. i. Iudices
⁊ ibi glo. ⁊ archi. i. q. iij. venden-
tes. ſi tn̄ talis ſacerdos pauper
eſt cogi poſſunt ꝓchiani ei of
ferre vel aſſignare vnde ſuſten-
tari poſſit. xvi. q. i. ſtatuimꝰ. xxxij
di. ꝑter hec. Si vero ad hoc nō
tenet̄ ⁊ deficit ei ſumptꝰ p̄t ac-
cipere. i. q. i. iudices. ⁊ de ꝑben.
ſignificatū. vbi hoc idem notat
Io. an. ⁊ dn̄s an. de bu. ⁊ lꝫ hoc
caſu poſſit aliqͦd recipe p̄ſuppo
nitur tn̄ ſemp ꝙ p̄ſbiter ꝺbeat
gratis celebrare. i. q. ij. ſic epm.
qꝺ ſi ſumptꝰ habet nec ad hoc
tenet̄ aut debet celebrare gra-
tis aut ceſſare qꝛ licet forte qn̄
nō teneret̄ ad iſta aliqͦd recipe
nō eſſet ſymonia. eo ꝙ nō tenet̄
qͦs ſuis ſtipendijs militare eſt tn̄
turpe lucrū. Con. tho. ij. ij. q. c. ⁊
Rich. in. iiij. Si pro āniuerſario
celebrādo ex pacto ꝯuenit ꝺ ali
quid dando ſymonia eſt ⁊ illici
tum. Si tn̄ ex deuotōe aliquid
eccleſie det̄ eccleſia tenet̄ ꝓ il-
lis celebrare pro quibus datum
fuerit ſm̄ Rich. in. iiij. di. xv. ar.
v. vide de hoc plene extra ꝺ pre
ben. c. ſignificatū. per Ioh. an. et
do. an. de bu. Excuſari tn̄ viden
tur a ſymonia ſeculares qui iur̄

morem patrie pro anniuerſarijſ ſeu miſſis celebrandis dant certam pecunie quãtitatem q̃uis dando ex ſimplicitate proferãt verba ac ſi huiuſmodi emere vellent. Nam videtur in hoc potius eorum intentõ pie poſſe interpretari q͛ dent per modum elemoſine q̃ȝ q͛ velint emere ſicut verba prolata ſonant.

¶ Si exegit aliquid pro confeſſione audienda alias non auditurus. Nam talis ſymoniam cõmittit etiam ab eccleſia puniẽda. i. q. iiij. quã pio.

¶ Si non petierit aliquid ſȝ tamen principaliter propter lucrũ audiuit ſymoniam mentaleȝ cõmiſit.

¶ Si licentiam alteri confitendi ſuo parrochiano dare noluit niſi pro pecunia ſymoniam cõmiſit ſecundum Raymundum. Si tamen pecunia exigatur in abſolutione ab excõmunicatione ſuſpenſione vel interdicto q̃ſi pro pena culpe precedentis, ꝑ qua fuit excõmunicatus ſuſpenſus vel interdictus nõ eſt ſymonia niſi intentõ fuerit corrupta ſm Tho. ij. ij. pe. ⁊ Hoſti.

¶ Si pro ſepultura quicq̃ȝ exegit ſymoniam cõmiſit. ſed nota q͛ quandoqȝ accipitur nomine ſepulture officium eccleſiaſticũ qð impenditur ſepeliẽdis ⁊ hoc quia eſt quid ſpirituale vendi non poteſt. i. q. i. dictum. xiiij. q. ij. Precipiendum. quandoqȝ ſepultura accipitur pro loco ⁊ terra ab epiſcopo conſecrata ſeu cimiteriata ⁊ talis locus nõ poteſt vendi ſiue ibi ſit ſepult⁹ aliquis ſiue non. quia ſacer eſt. xiiij q. ij. queſta. quandoqȝ ſepultura dicitur tumba marmorea vł lapidea ⁊ hec vendi non poteſt ſi ibi ſit ſepultus aliquis quia ex hoc factus eſt locus religioſus. xiij. q. ij. queſta. ⁊ c. poſtq̃ȝ. ſecus ſi ibi nullus ſit ſepultus. ⁊ ſic habes q͛ pro exequijs mortuorum nichil poteſt exegi nec ꝑ eis de aliquid dando paciſci. Si tamẽ ſit conſuetudo q͛ aliquid detur pro ſepultura poſſunt layci poſt ſepulturam a clericis libere exhibitam compelli per epiſcopũ ad ſeruandum laudabilem conſuetudinem. extra de ſy. ad apoſtolicam. Idem notat Ioh. an. ⁊ domi. An. de bu. extra de ſepul. Abolende. q͛ ſi clerici aliqð corpus ſepelire nollent niſi fieret eis cautio ab heredibus defuncti de redimendo ea que veniunt cum funere ſymoniam committit, ⁊ multomagis quando pecunias exigunt nolẽtes alias ſepelire. d. c. queſta. Facere aũt pactum de redimendo lectum pannos equuȝ ⁊ huiuſmodi etiam ante portationem defuncti ad eccleſiam licitum eſt ſm Hoſtien. quia hec temporalia ſunt dummodo nõ negetur ſepultura

vel immiſceatur ius ſepulture.
¶ Si habens diuerſa cimiteria
apud eccleſiam ſuam taxauit pro
quanta pecunia quis ponatur
in tali cimiterio. Nam ſecundū
Hoſti. ſymonia eſt. extra eodem
Audiuimus. et capitulo ſicut.
Et eodem modo ſi pro pecunia
crux ſpecialis portetur ad fun⁹.
dicto capitulo. Audiuimus.
Si ſolerter ⁊ diligenter curam
ſibi commiſſam exercuit ⁊ quo
modo ſe habuit in ſacramento
rum adminiſtratione infirmo-
rum viſitatione et huiuſmodi.
Et primo ſi euchariſtia ⁊ criſma
ſub fideli cuſtodia clauibus ad-
hibitis conſecrauit vt precipit
extra de cuſto. eucha. c. i. Si ſe-
pe euchariſtiaʒ renouauit vt de
buit. Nam ſi ex hoc quod multum
diſtulerit renouare aliquid eſt
corruptum vel perditum morta
liter peccauit. ¶
Si cum debita reuerentia eu-
chariſtiam miniſtrauit ac infir-
mis detulit cum innotuit aper
te ⁊ cum lumine vt debuit. Nã
ſi ſecus fecit aut ex eius defectu
absque communione ⁊ ceteris ſa
cramentis aliquis obijt graui-
ter peccauit. Si ſcienter exiſten
ti in mortali aut ſenſu deficien-
ti vel infirmo vomitum pacien
ti cum probabili periculo euo-
mendi euchariſtiam dedit mor
taliter peccauit. ¶
Si audiuit confeſſionem alicu-
ius nullam ſuper eo iuriſditio-
nem habens ſeu autoritatem a
iure vel ab eius ſuperiore ⁊ euʒ
abſoluit mortaliter peccauit.
Idem etiam eſt ſi abſoluit ſub-
ditum ſuum a caſibus ſuperio-
ri reſeruatis ſiue hoc faciat ſci-
enter ſiue ignoranter ſecunduʒ
Richardum in quarto. Nec va
let abſolutio. ⁊ tenetur inq̄ʒtuʒ
poteſt ſine ſcandalo errorem ſu
um taliter abſoluto ſignificare
¶ Si ſcienter abſoluit a pecca-
tis eum quem ſciebat excōmu-
nicatum maiori excommunica-
tione mortaliter peccauit nec
abſolutio valuit ſecundum do-
ctores communiter. Si ſciēter
abſoluit nolentem a mortali di
ſcedere nec quod alijs debet ſa
tiſfacere mortaliter peccauit
Si audiendo cōfeſſiones nimis
feſtinauit. Nec prout oportuit
ſeu de quibus non debuit inter
rogauit. Aut in perplexis caſi-
bus peritiores non conſuluit.
Nam in his de facili mortali-
ter peccare potuit. ¶
Si in iungendis penitentijs in-
diſcrete ſe habuit vt quia nimis
paruas ſeu magnas vel ſcanda
loſas dedit. ¶
Si peccatum in confeſſione au
ditum ſine licentia confitentis
quoquomodo reuelauit morta-
liter peccauit. ¶
Si omnes ſubditos ſuos poſt
annos diſcretionis confiteri et

cõmunicare fecit ⁊ nolentes q̄z
tum potuit ſuaſit induxit ⁊ coe
git vel ſaltem epiſcopo denunci
auit. Nam ad hoc ex officio te-
netur alias grauiter peccat. ¶
Si ſine autoritate epiſcopi vo-
ta diſpenſauit vel commutauit
mortaliter peccauit. nec valuit
talis diſpenſatio. ex̄ de voto. c. i.
Si nimis facilis fuit ad diſpen-
ſandū in ieiunijs ecclie peccauit
Si matrimonijs clamdeſtinis ĩ
terfuit. Nam hoc eſt prohibitū
⁊ ex hoc talis ſacerdos triēnio
ſuſpendit̄ ab officio ſacerdotij.
vt in. c. cum inhibitio. e. ti. ¶
Si ſcienter ſecundas nuptias
vel clamdeſtinas benedixit. Nā
hoc eſt prohibitum. vt in. c. i. et
in. c. vir autem. extra de ſecund̄.
nup. Et ſacerdos benedicens ſe
cundas nuptias debet ſuſpēdi
ab epiſcopo ⁊ ſic ſuſpenſus non
poteſt abſolui circa ſedem apo-
ſtolicam. vt no. hoſti. in d. c. i. cui
Concor. Archi. xxxv. q. iij. in co-
pulatione. ¶ Si rite baptiſatuz
etiā a muliere ſcienter iteruz re
baptiſauit mortaliter peccauit.
de con. di. iiij. rebaptiſare. ⁊ hoc
agens ſi eſt clericus debet de-
poni. e. di. c. eos. ⁊. c. qui bis. et ſi
eſt publicum efficitur irregula-
ris. extra de apo. c. ex̄ litterarūz.
Concor. Rich. in. iiij. di. v. ar. iiij
q. ij. Si baptiſauit cum criſma-
te non nouo. i. non eiuſdez anni
Nam hoc fieri prohibetur pre

ter q̄z in mortis articulo. Et cō-
tra faciēs dz puniri. e. di. ſi quis
Si cognouit carnaliter filiā ſpi
ritualez quā baptiſauit. Uel in
ꝯfeſſione audiuit aut ei⁹ cōma-
trem. grauiſſimū ſcel⁹ cōmiſit
Si honeſte ⁊ modeſte in cōuer
ſatōe ſua ſe habuit verbo pariter
⁊ exemplo in fide ⁊ morib⁹ ſub-
ditos ſuos inſtruēdo admonen
do ⁊ cōpellendo iuxta poſſe ad
bene viuendū ⁊ vt ꝑ viā ſalutis
ambulēt ſicut tenet̄ ⁊ habet̄ ex
tra de reg. iur̄. Quāuis. ¶
Si contumaces concubinarioſ
vſurarios ⁊ hmōi notorios pec
catores nō correxit ⁊ arguit pu
blice ⁊ priuate quantū eorū ſa-
luti expedire ꝯgnouit grauiter
peccauit. Nam ad hoc ex prece
pto tenetur ſm̄ doctores. ¶
Si quantum bono modo potu
it ludos illicitos ⁊ malas corru-
ptelas in parrochia ſua non ex
tirpauit grauiter peccauit.
Si ſortilegas diuinas ⁊ hmōi ĩ
ꝑrochia ſua ſuſtinuit ⁊ nō corre
xit grauiter peccauit. xxvi. q. v.
peruenit. ⁊. c. contra. ¶
Si mulieres xp̄ianas in domo
iudeorū ſuire vel eorū filios la-
cte nutrire ꝑmiſit. Nā hoc ꝓhi
betur. extra de iude. c. iudei
Si indulgētias dedit cū nō poſ
ſet vel ob queſtū eccliaz ſuā ma
iorem indulgentiaz q̄z hr̄et ſci-
enter ꝓnūciauit mortalr̄ pecca
uit. Si q̄ſtores falſas ĩdulgētiaſ

in eccleſia ſua pronunciare. aut
reliquias non veras ſeu ab ec-
cleſia non approbatas veneran
das populo exhibere ſcienter p
miſit ⁊ huiuſmodi. Et ſi cuꝫ eis
de quota elemoſinarum parti-
cipauit. ⁊ de participando pa-
ctum fecit. In omibus his mor
taliter peccauit ⁊ reſtituere te-
netur. xxiij. q. vi. c. pterea. ¶

Si benedictonem menſe ⁊ gra
tiarum actionem dicere cõſue-
uit vt debet. Si vſurariis alieni
genis ⁊ aliis de ipſius terre nõ
oriundis publice vſuram exercẽ
tibus, ad hoc domum ſuam lo-
cauit vel alio titulo cõceſſit. Nã
ex hoc ipo facto excõmunicatus
fuit vt in. c. vſuram. de vſuris li.
vi. Si induxit aliquem cum effe
ctu ad vouendum iuranduꝫ ſeu
pmittendum vt ſepulturã apõ
eius eccleſiaꝫ eligat vel iam ele
ctam vlterius iam nõ immutet
ipo facto ſententiam excõmuni
cationis incurrit a qua ab alio
qꝫ a papa preterqꝫ in mortl ar-
ticulo abſolui non poterit vt in
de. Cupientes. de penis. ¶

Si ſcienter ⁊ ſponte pticipauit
cum excõmunicatis a papa ⁊ ip
ſos ad officia diuina recepit ex
cõmunicatus eſt ⁊ abſolutio pa
pe reſeruatur. extra dõ ſen. excõ.
ſignificauit. ¶

Si falſificauit litteras pape vl
falſis vſus eſt ſcienter vel remo
uit etiam vnam ſolam litteram
ab eis excõmunicatus eſt. ex de
crimine falſi. ad falſariorum ¶

Si ſcienter in cimiteriis ſepeli
uit tempore interdicti in caſibꝰ
non conceſſis a iure vel excõmu
nicatos publice aut nominatiꝫ
interdictos vel vſurarios mani
feſtos excõmunicatus eſt vt in
de. i. de ſepul. ſepeliẽtes. aut oc-
cidentes ſe vel in mortali dece-
dentes mortaliter peccant. ¶

## Ab epis ⁊ ceteris prelatis ſu perioribus. ¶ Ca. xviij.

Ab epiſcopis ⁊ aliis
prelatis ſecularibus
poſſunt qri fere oia
que dicta ſunt ſupra
vt clericis beneficiatis ⁊ curatꝭ
deinde queri poteſt. ſi ſe cogno
ſcit ydoneum ſcientia moribus
⁊ vita. nam epiſcopum oportet
ſacrarum litterarum habere pi
tiam ⁊ ſcire eruditamenta fidei
cum ex officio teneatur docere
populum ſibi cõmiſſum ⁊ ratio
nem reddere omni poſcenti cũ
de fide ⁊ aliis ad ſalutem perti
nentibus nec ſufficit prelati bo
na conuerſatio ⁊ morum hone-
ſtas niſi addatur doctrine ſcien
tia. xxxvi. di. §. ecce. ⁊ xxxviij. di.
c. omnes. Et ſi non eſt ſalteꝫ cõ-
petenter litteratus epiſcopꝰ po
teſt ab officio remoueri. extra dõ
eta. ⁊ quali. Quãuis. ¶

Si legitime aſſecutus eſt digni

tatem ſeu prelationem an ipſo exiſtente irregulari bigamo ille gitimo excōmunicato ſuſpenſo homicida aut notorio concubinario. Nam in his omnibus ſcienter exiſtens.
Si ad prelationem eſt aſſumptꝰ nec prius diſpenſatus vel abſolutus aſſidue in mortali manet.
Si electionem confirmationē dignitatem ſeu conſecrationē ſymoniace obtinuit vl' alias iniuſto titulo. Nam talis non eſt paſtor ſed animarum deceptor ꝛ excōmunicatus excōmunicatione papali ꝛ tenetur reſignare ꝛ omnia que percepit reſtituere vt ſupra. c. xvij.
Si ante confirmationem epiſcopatus vel alterius dignitatꝭ adminiſtrationem ſe ingeſſit ꝑ ſe vel per alium. Nam talis ſi quid eiꝰ per electionem ius erat queſitū eoipſo priuatus eſt vt in. c. auaricie de elec. li. vi.
Si de religione ad epiſcopatū aſſumptus eſt. nam talis adhuc tenetur voto continētie ꝛ paupertatis licet factus ſit diſpenſator bonorum eccleſie nec a vo to obedientie abſolutus eſt ſed per accidens non tenetur obedire cum ſuperiorem nō habeat ſicut ꝛ abbas monaſterij vt dicit tho. ij. ij. q. lxxxviij. teneť etiā portare habitum ſancte religionis ꝛ ad alias obſeruantias regulares que non impediūt pontificale officium ſm eundem Tho. ibidem. q. clxxxv. ꝛ Hoſti.
Si monachum vel alium religioſum de monaſterio ad officiū eccleſiaſticum traxit contra voluntatem abbatis vel alterius prelati ſui. Nam hoc eſt prohibitum ꝛ graue peccatum. lviij. di. c. i. ꝛ. ij. ꝛ. xviij. q. ij. q̄ſ ſit. ꝛ. ca. ſe. ſi contulit ordinem vel beneficium ſymoniace excōmunicationem papalem incurrit ꝛ tenetur ad reſtitutionem omniū peccatorū vt ſupra. c. xvij. in ꝑncipio. ꝛ extra de iniur. c. fi.
Si contulit beneficium retentꝭ ſibi fructibus vel aliqua parte eorum. Nam hoc eſt prohibitū ꝛ ſymonia. ſi fiat ex pacto vel cōſuetudine extra vt eccleſiaſtica beneficia. Si dimi. Cō. c. vt noſtrum. ꝛ extra de cen. Iubemus i. q. iij. ſi quis prebendas.
Si vni contulit plura beneficia Nam hoc eſt contra iura. lxxxv di. c. ſingula. niſi in aliquibus caſibus de quibus ſupra in. c. precedenti.
Si aliquem ſcienter ordinauit infra etatem legitimam mortale eſt ꝛ debet ſuſpendi a collatione ordinum. extra de tempo. ordi. c. vel non eſt. Nec in etate poteſt epiſcopus diſpenſare vt notat glo. in cle. generalem. de eta. ꝛ qualitate.
Si cōtulit ſcienter ordines per ſaltum aut duos ſeu quattuor

minores ſimul cū ſubdyacona
tu mortale eſt ⁊ prohibitum et
debet deponi.lxxvij.di.c.i.et ex̄
de eo qui fur.or.ſuſ.c.cum hoc.
Si contulit ordines ſacros ex-
tra tempora conſtituta morta-
le eſt ⁊ debet priuari autoritate
ordinandi.ex̄ de tempo.or.ſane
Si ordinauit alterius parrochi
anum ſcienter ſine licētia ſui ſu
perioris ſuſpenſus eſt p̄ annum
a collatione ordinum.vt in.ca.
eos.de tempo.or.li.vi. ¶
Si in ordinatōe aliq̄d omiſit d̄
ſubſtantialibus precipue in qui
bus imprimitur caracter mor-
taliter peccauit ⁊ tenetur iterū
totum iterare in alia ordinatōe
Si vero qd̄ omiſit non eſt ſub-
ſtantiale non oportet rite factū
iterari.ſ; ſi qd̄ omiſſum fuit ſup
pleri in alia ordinatione nec pri
uſquā ſit ſuppletum debet ordi
natus exercere officium. Vide
theologos in.iiij.di.xxiiij.⁊ in.c.
preſbiter de ſacramentis nō ite
ran.⁊ ibi per doctores. ¶
Si fecit ordinandos diligenter
examinari de etate ſcientia et
moribus Nam ad hoc tenetur
alias peccat mortaliter.xxiiij.d.
quando epiſcopus. ¶
Si ſcienter vel per ignorantia;
inexcuſabilē indignum admiſit
ad ordinē vl̄ bñficiū mortaliter
peccauit ſm̄ tho.⁊ Alber.
Si pmouit aliquem ſine titulo
ad ordinem ſacrum. Nam hoc
prohibitum eſt extra de p̄ben.
epiſcopus.⁊.c.cum ſecundum.
Si ſingulis annis renouauit in
die cene domini ſacrum criſma
qd̄ cōficitur ex oleo ⁊ balſamo.
Nā ad hoc tenetur de con.diſ.
iiij.ſi quis de alio.nec debet cō-
ferre hoc ſacramentū niſi ieiu-
nus de cō.di.v.vt epiſcopi. Nec
debet iterari.ibidem.c.dictum
⁊.c.ſe. Si non viſitauit vt debu
it dyoceſim ſuam ſingulis ānis
ſed ſuſtinuit clericos in delictis
ſuis abſq; correctione pecunia
corruptus vel obtentu obſequij
ſibi p̄ſtiti ſeu fauore carnali gra
uiter peccauit.lxxxiij.di.ſi quis
epiſcopus.⁊.c.error.⁊.c.cōſenti
re.⁊ ex̄ de offi.or.irrefragabili.⁊
c.nichil.⁊.lxxxiij.di.peruenit.et
c.ſe. Si aliquid accepit vt corre
ctionem faceret vel vt ab ea ceſ
ſaret aut minus peccatum pu-
niret vel vt vices ſuas cōmitte-
ret ſeu ſuper aliquo diſpenſatō
nem faceret. Nam in his ⁊ hu-
iuſmodi ſymonia; cōmittit ſeu
pro pecunia precibus vel obſe-
quijs fecerit ſm̄ Tho.ſecunda
ſecunde.⁊ extra de ſymo.nemo.
Et idem ſi accepit aliquid vt
ſeruet iuſticiam. ¶
Si erga pauperes fuit auarus.
Nam erga eos tenetur eſſe libe
ralis ⁊ ipſis qd̄ ſibi ſupereſt ero
gare.lxxxvi.di.fratrem noſtru;.
⁊ capitulo non ſatis. ¶
Si fuit pater refugiu; ⁊ defen-

ſoꝛ viduarum ⁊ oꝛphanoꝛum et
pauperum ⁊ aliarum perſona-
rum miſerabilium. Nam ſi non
fecit ſic grauiter peccauit.lxxx-
vij.diſt.per totum. ¶

Si viſitationem ſue dyoceſis
fecit vel fieri fecit per alium ⁊
aliquid exegit pꝛeter pꝛocurati
onem que exigi debet ſolum in
victualibus pꝛohibitum eſt.vt
in.c.exigit.de cen.li.vi. ¶

Si delicta clericoꝛum ⁊ alioꝛꝫ
ſubditoꝛum laycoꝛuꝫ puniuit ex
auaricia pena pecuniaria ⁊ non
potius ad repꝛimendum ⁊ com
peſcendum eoꝛum delicta moꝛ
taliter peccauit. ¶

Si in viſitatione ſua non dili-
genter queſiuit de quibus de-
buit pꝛecipue de vita ⁊ boneſta
te ſacerdotum ⁊ officiantium.ſ.
quomodo ſe habent in officijs
ſuis in cõfectione ⁊ adminiſtra
tione ſacramentoꝛum. Et ſi ritũ
⁊ foꝛmam ab eccleſia traditam
ſeruent.⁊ quomodo ſe habent
in audientia confeſſionum ⁊ cu
ra animarum ſuarum ſibi com-
miſſarum. Et ſi tenẽt eccleſiam
mundam ⁊ veſtimenta ſacerdo
talia ⁊ altaris oꝛnamenta ſicut
tenentur vt ſupꝛa.c.xvi. Nam ſi
huiuſmodi inuenit eos notabi-
liter deliquiſſe ⁊ non puniuit vl
pꝛouidit ꝙ aut ille ſe emendent
aut de alijs loco eoꝛũ ſi illi ſunt
incoꝛrigibiles grauiter pecca-
uit ⁊ omnia mala ⁊ damna ani

marum que inde ſequuntur eſt
imputantur.extra de iniur.c.fi.

Si ſuſtinuit in officijs ⁊ benefi
cijs notoꝛios concubinarios vl
alijs ſceleribus manifeſtis infe-
ctos vt vſur. ludis tabernis ne
gocijs ſecularibus venationib⁹
⁊ huiuſmodi vacantes. Nam in
his omnibus non poteſt excuſa
ri a moꝛtali.ſi eos non punit cũ
poteſt ſine periculo ſciſſure vel
maioꝛis ſcandali.xliiij.diſt. Con
uerſationes in gloſa.xxiij.q.iiij.
Cum quiſqꝫ. ¶

Si laycos ſibi ſubditos notoꝛi-
os peccatoꝛes, quos ꝑ ſe vel ex
alioꝛum denunciatione nouit
adulteros vſurarios inimiciti-
as ſeruantes non coꝛrigit ꝑ cẽ-
ſuras ⁊ ꝑ alios modos quibus
melius pt grauiter peccat niſi
omittat qꝛ nõ ſperat emẽdatio
ſꝫ poti⁹ deterioꝛatio ⁊ timeret
de ſcandalo vt in.d.c.cum quiſ
qꝫ.⁊.§.lxxxiij.di.nemo.⁊.c.ſe. ¶

Si malas conſuetudines quas
nouit in ſua dyoceſi nititur quã
tum poteſt auferre.vt vendere
⁊ laboꝛare diebus feſtiuis non
confiteri nec communicare ſe-
mel in anno tripudiare ſeu alia
ſecularia in eccleſijs ⁊ locis ſa-
cris fieri violare eccleſiaꝫ liber-
tatem vel emunitatem vt quia
clerici conueniantur in iuditio
ſeculari vel quod debitoꝛes et
malefactoꝛes de locis ſacris vi
olenter extrahantur in caſibus

non concessis ⁊ huiusmodi. Nã contra hec oĩa tenet̃ inuigila re ⁊ obuiare ne fiant ⁊ post ad⸗ monitionem nolentes desistere excõmunicare ⁊ punire al's gra uiter peccat si timore vel negli gentia omittit. xliij. di. sit rector si inuigilauit contra hereticos sortilegos ⁊ diuinos eos ad fidẽ veram reducendo. aut si se emẽ dare noluerint, acrius puniẽdo Nam ad hoc tenetur ex officio xxvi. q. v. c. contra. ⁊ c. se. ⁊ extra de hereti. abolendam. ⁊ in cle. ex graui de vsur.

Si aliquem ꝓpriis manib' ver berauit. nam hoc ei non licz. xlv di. episcopum.

Si bona ecclesie male guberna uit vel illa non indigentib' tra didit seu alias inutiliter expen dit. nam grauiter peccauit. x. q. ij. episcopus. ⁊ tenetur restitue⸗ re vt supra. c. de curatis. Si res vel bona ecclesie vel episcopat' alienauit sine necessitate ⁊ de⸗ bita iuris solennitate grauiter peccauit. x. q. ij. ca. i. ⁊ fi. Si iura aliorum ecclesiarum non serua uit sibi omnia vendicãdo ⁊ pau latim ius parrochiale subtrahẽ do. Nam hoc est omnino illici⸗ tum ⁊ prohibitum. xvi. questio⸗ ne prima Constitutum.

Si bona aliarum ecclesiarũ va⸗ cantium sibi vsurpauit. Nam grauiter peccauit cum debue⸗ rint in vtilitatem ecclesie expẽ⸗ di vel futuris successoribus fide liter reseruari ⁊ est suspẽsus do nec plene rñstituerit. extra de ele. quia sepe. li. vi.

Si vltra morem antiquũ a par rochianis presbiteris sue dyo⸗ cesis aliquid exegit vel eos gra uauit grauiter peccauit. x. q. iij. quia. ⁊ c. sequenti. ⁊ extra de ex cess. prela. c. i. vbi idem notat ab. si. ⁊ plene de testi. requisiti.

Si habuit yconomum clericum qui presit rebus ecclesie sub cu⸗ ius testimonio res ecclesie gu⸗ bernentur. Nam ad hoc tenetur ſm iura. lxxxix. di. volumus. et. c. quia in quibusdam. ⁊ c. indica⸗ tum. alias suspendi debet vt in c. indecenter. e. dist.

Si aduocatos vel sibi seruien⸗ tes non debite remunerauit. cõ tra iura fecit. xij. q. ij. quicunq̧. ⁊ capitulo sequenti.

Si debita sua vel a predecesso re suo relicta occasione ecclesie sue non soluit. Nam ad hoc te⸗ netur ſm Inno. extra ne prela. vi. sua. c. q̃relã. ⁊ ibidẽ ab. sy. ibi.

Si exẽptos vt q̃ttuor ordines mendicãtes ⁊ alios hñtes ꝑuile giũ exemptõis iniuste molestauit vel eorũ ꝑuilegia ñ ſuauit ad su um iudiciũ traxit vl' al's eos quo quomõ impugnauit g̃uauit vel male tractauit g̃uiter peccauit. nã ꝯ iura fecit. districte ei ꝑlatis ꝑcipit̃ vt ꝑdictorũ exẽptorũ ꝑui legia ſuẽt ⁊ eos affectu beniuolo

habeant cōmendatos nec ſeip
ſis difficiles graues duros aut
aſperos. ſed potius fauorabiles
propitios benignos ꝛ liberales
ſtudeant exhibere. ex̄ de exceſ. p̄
la. c. nimis. primo ꝛ. ij. ꝛ extra de
priuil. dilecti. ꝛ. c. quanto. ꝛ. c. in
his. ꝛ. e. ti. c. volentes. li. vi. ꝛ in. c
Dudum. de ſepul. ꝛ. c. religioſi.
de priuil. §. ſane. in cle. Si mo-
naſteria monialiū diligenter vi
ſitauit. nam ad eius officiū per-
tinet ea ſingulis annis viſitare
etiā ſi ſint exempta. vt in cle. at
tendentes. de ſtatu mona. Si q̄
ſtores vel alios pmiſit mendaci
ter p̄dicare ſeu falſas indulgen
tias pnunciare. vel ip̄emet con
ceſſit vel pnunciauit indulgen-
tias quas non potuit grauiter
peccauit. ex̄ de pe. ꝛ re. cū ex eo
Si non tenuit vicarium peritū
ꝛ bonum ad tractandū ꝛ iudicā
dum cauſas in foro cōtentioſo.
Nam ad hoc tenetur precipue
quando non eſt ſufficienter do-
ctus in iure. ¶

¶ Si fuit pſonarum acceptor.
ꝛ pter hoc iuſticiam poſcenti
nō exhibuit diſtulit vel negauit
aut qđ maius eſt ſententiā ini-
quā ptulit. Nā in omnib⁹ his
mortaliter peccauit ꝛ ad ſatiſ-
factionem tenetur vt ſupra. e. t.
c. iiij. Si ſine iuſta cauſa vel cau
ſe cognitione aut ordine iur. iu
diciario pretermiſſo aliquē ex
communicauit vel alias iniuſte
grauauit mortaliter peccauit ꝛ
grauiter puniri debꝫ ꝛ ad inter
eſſe tenetur grauato. xxiiij. q. iij.
de illicita. ꝛ extra de ſen. excō. c.
ſacro. Sꝫ ſi pro minimis culpis
ꝛ damnis ꝛ paratos corrigi ex-
cōmunicauit. Nam hoc phibi-
tuꝫ eſt. xi. q. iij. epi. ꝛ. c. nemo. Si
cauſas difficiles minus diligen
ter per ſeip̄m examinauit pon-
derauit ꝛ iudicauit vt eſt matri
monij diuortij. vel alijs delega-
uit precipue ydeotis ꝛ leuibus.
Nā huiuſmodi nō debuit com-
mittere niſi iuſta cauſa ꝛ neceſ-
ſaria impeditus ꝛ tūc perſonis
in iure peritis ꝛ exptis. extra de
conſan. ꝛ affi. ex litteris. Si pro
prias iniurias dure vindicauit.
Nā hoc eſt deteſtabile. xlvi. di.
ſoliciarios. ¶

¶ Si teſtamenta ꝛ vltimas vo
luntates precipue in legatis ad
pias cauſas nō fecit exequi. naꝫ
ad hoc tenetur. extra de teſta. ſi
heredes. Si diſpenſauit in vot.
vel iuramentis in quib⁹ non po
tuit. vel ſi potuit indiſcrete tn̄ ꝛ
ſine rationabili cauſa grauiter
peccauit. vide ſupra p̄cept. iij.

¶ Si incerta male diſpenſauit
vel ſine rationabili cauſa p⁹ mi
nori quantitate cum vſurarijs
raptoribus ꝛ huiuſmodi com-
poſuit grauiter peccauit vt ſu-
pra parte prima. c. i. in fi. Si pa-
pe ꝛ alijs ſuis ſupioribus ac ſacr.
canonib⁹ obediuit. Nā ad hoc

tenetur.xcij.di.obedientiam.et xxv.q.i.per totum. Et contra fa cientes grauiter puniri debet. extra de exceſ.prela.nimis.⁊ du obus capitulis ſequentibus.

¶ Si habitu vita ⁊ moribus ex emplaris fuit in vita ſobri⁹. Si ſuppellectilibus precioſis vtit̃. Si in apparatu ⁊ ornatu dom⁹ ⁊ equorum aut familie nimis ſũptuoſus fuit ⁊ nimis curioſuſ

¶ Si eccleſiam ſuam viſitauit ⁊ in ſolennitatibus miſſam can tauit diuinis officijs interfuit ⁊ deuote exoluit.⁊ ab alijs debite celebrari ⁊ cãtari fecit vt tenet̃

¶ Si orationi priuate ⁊ lectio ni ſacre ſcripture vacauit vt de bet.xxxvi.di.per totum. Si exi ſtens eruditus predicauit popu lo vel ſaltem ei de vtilibus pre dicatoribus ⁊ cõfeſſoribus pro uidit. Nam ad hoc tenetur ex tra de offi.ordi.inter cetera. Si exiſtens in mortali vſus eſt ordi ne ſuo. Quia totiens mortali ter peccauit quotiens huiuſmo di actum facit vt tangendo res ſacras quaſi officio ſuo fungẽs ⁊ huiõi ſm̃ Tho.⁊ Alber.

¶ Si mulierum familiaritatez quaſi peſtem vitauit ⁊ raro de domo exiuit. Si adulatores ab horruit ⁊ huiuſmodi. Si in con uiuijs multuz ſe occupauit. Nã hoc eſt epiſcopo deteſtabile, et prohibitum.⁊ ex hoc eſt acriter corripiendus.xliiij.diſt.multis ⁊ capitulis ſequentibus.

¶ Si detractores ſuſurrones ⁊ huiuſmodi male loquentes li benter audiuit vel tacuit.nec correxit vt debuit ⁊ potuit. Nã hoc mortale videtur.ſm Tho. ij.ij.q.lxxiij.

¶ Si ad menſam ſuam ſacras lectiones legi fecit. Nam hoc epiſcopis ⁊ ſacerdotibus preci pitur.xliiij.di.c.pro reuerentia.

¶ Si famulitam honeſtam habu it ⁊ eam verbo ⁊ exemplo ſalu briter gubernauit ⁊ erudiuit. Nam de his rationem reddere oportebit deo in die iudicij.he bre.vlti.⁊.xlvij.di.§.neceſſe.

¶ Si exercuit officium inquiſi tionis contra hereticos vt te netur. Nam ſi carnali amore odio vel timore aut cuiuſlibet comodi temporalis affectione Vel obtentu malicioſe et frau dulenter labem heretice praui tatis ſeu ꝙ ipſum in executio ne officij inquiſitionis impedi at falſo alicui preſumpſerit im ponere vel quoquomodo vexa re vel contra iuſticiam ⁊ conſci entiam ſuam omiſerit contra quenq̃z procedere vbi fuerit ꝓ cedendum ſuſpenſus eſt ab offi cio per triennium vt in cle.mul torum.de here.⁊ circa finẽ. Alij vero inquiſitores epiſcopo infe riores in hoc vt ſupra delinquẽ tes eoipſo excommunicationis ſententiaz incurrunt.a qua niſi

per Romanum pontificem pre
terquã in mortis articulo abſo
ui poterunt.
¶ Si locauit aliquam domum
vſurarijs alienigenis ad fenus
exercendum. Nam ipſo iure ſu
ſpenſus eſt. extra de vſuris quã
q̃z libro ſexto. Idem ſi permiſit
q̄ huiuſmodi vſurarij in terris
ſuis ⁊ eius iuriſditioni ſubiectiſ
fenus exerceant niſi infra tres
menſes eos expulerit vt ibi.
¶ Si conſecrationes altarium
vel eccleſiarum calicum ⁊ pate
narum aut benedictiones cor
poralium ⁊ veſtium ſacrarum
ſeu conſecrationes. Abbatum
vel abbatiſſarum. non ſecundũ
formam ⁊ eccleſie ritum vl' pro
pecunia fecit. Nam mortaliter
peccauit ⁊ ſymoniam commiſit
prima queſtione tertia ſi quis
prebendas.
¶ Si pro aliqua iuſticia vl' gra
tia ſpirituali aliq̃d accepit mor
tale eſt ⁊ ſymoniacum.

¶ A prelatis religio
ſorum. ¶ Ca. xix

Prelati religioſo
ſoruz poſſunt ſ̃o
multis interro
gari que dicta
ſunt ſupra capi
tulo. xviij. vt eorum conditioni
⁊ ſtatui melius videbitur expe
dire. Deinde ſi ſymoniace reli
gionis ordinem ingreſſus eſt vl'
ad eam alium ſymoniace rece
pit. Nam pro religionis ingreſ
ſu ſiue virorum ſiue mulierum
non licet aliquid dare vel reci
pere quaſi precium etiam pau
pertatis pretextu. extra de ſy
mo. Quoniam ſymoniaca. Si
tamen monaſterium ſit tenue
dicunt Vincentius. Tan. Ray
mundus. Jo. ⁊ Hoſtienſis q̄ re
cipientes volenti intrare poſ
ſunt dicere. Nos libenter ⁊ gra
tis te recipimus ad conſortium
noſtrum ſpirituale. ſed cum bo
na noſtra non ſufficiant nobis
⁊ tibi porta tecum vnde poſſis
viuere. vel ſic prouideas tibi vn
de viuas. tunc enim ſi ingre
diens monaſterium aliqua bo
na conferat non committitur
ſymonia dummodo pure fiat
hoc ⁊ in fraudem non dicatur
⁊ ſine aliquo pacto. ar. i. queſtio
ne ſecũda capitulo primo ſi q̃s
propter. Sed Bernardus Jn
nocentius Bartholome⁹ brix.
⁊ Archi. dicunt q̄ nec ante nec
poſt poteſt aliquid peti prima
queſtione eos qui. ⁊ queſtione
ſecunda ſi quis prebendas. ⁊ ſic
dicendo ſymoniam committũt
tam recipientes q̃z recepti eti
am ſi ignorent. i. queſtione. ij. §
ij. ⁊ extra. e. quoniam. ⁊ hec opi
nio tutior eſt. Et quantum ad

mulieres approbata. extra de ſta
tu regula. periculoſo. li. vi. ibi. Di-
ſtrictius inhibemus. vide ibi glo-
ſam ſuper verbo abſq; penuria
poteſt dici vt notatur in direc.
li. iiij. ti. xvi. §. quod ſi monaſterium.
vbi hec omnia referunt. Quod ſi
monaſterium eſt ita tenue quod abſ
q; penuria nō poſſint ibi plures
viuere poſſunt recipientes dice
re vt ſupra. Et hoc caſu vera eſt
opinio prima. nec eſt ſymonia
dūmodo nihil vltra addant. Si
aūt poſſunt abſq; penuria ſuſtē
tari licz nō comode. nō poſſent
predicta verba dicere. extra. e.
quoniā. ꝛ. c. nō ſatis. hec ibi do.
An. de bu. in dicto. c. quoniam
recitat opi. vide ibi. ſponte aūt
oblata ſemp licet recipe. ꝛ ſi pri
mo gratis ſit recepta puella et
monaſteriū tenue ſit. Dicit ho.
quod poſſunt moniales agere contra
patrem pro alimentis filie. vel ſi
pater deceſſit agere poſſunt ad
partem ſue hereditatis vt ī au
ten. de ſan. epi. §. nullā. collatio
ne nona.

¶ Si illegitime natus eſt. Naz
talis ſi dignitatem vel prioratū
qui creatur in religione per ele
ctionem obtinet nō poteſt ſine
pape diſpenſatione retinere de
filijs presbiterorū. c. fi.

¶ Si tranſiuit de ordine men-
dicantium ad non mendicanti
um. Nam talis nō poteſt in eo
prioratum nec aliquā admini-
ſtrationem aut regimen anima
rum habere. extra de regula. vt
profeſſores. in cle.

¶ Si recepit aliquē ad religio
nem non principaliter propter
deum. ſed propter tpalem vtili
tatem aut alia ſiniſtra intentio
ne vel ſine debita examinatio-
ne vel ſi recepit non recipiendū
vel repulit ſine cauſa ex ſua ydo
neitate recipiendum grauiter
peccauit.

¶ Si in ordine mendicantium
aliquem infra annū probationis
ad profeſſionem recepit. Naz ta
lis mortaliter peccauit ꝛ ipſo fa
cto ſuſpenſus eſt a receptione
cuiuſlibet ad profeſſionē in eodē
ordine. extra de regula. nō ſolū.
li. vi. ſi tn̄ tali ſuſpenſione durā
te aliquem recipiat nō irregula
ris fit vt no. Joh. an. ibidem. Si
exiſtens de ordine mendicanti-
um locum ſeu domū ad habitā
dum recepit ſeu dimiſit ſine li-
centia pape. nam talis excōmu
nicationem incurrit. vt in. c. cuz
ex eo. de exceſ. pla. li. vi. ꝛ in cle.
cupientes. de penis. Si abbas
exiſtens prefuit diuerſis mona-
ſterijs. nam hoc eſt prohibitum ex
de reli. do. c. fi. Si ſolicite ꝛ fide
liter quo ad ſpiritualia ꝛ tpalia
adminiſtrauit propter deum ſolū
ſine ambitione ꝛ alia ſiniſtra in
tentōne alias cum periculo ani
me ſue adminiſtrauit. Si ſcien-
ter criminoſos indignos ꝛ non

ydoneos ſcientia conſcĩetia ad
confeſſiones audiendas vel ad
officia regiminis vel predicatõ
nis promouit vel ſuſtinuit cum
poſſit illos iuridice remouere
nõ videtur poſſe excuſari a mor
tali.lxxxiij.di.error.⁊.c.ſe.
Si in viſitatione ſubditorũ iu
ris ordinem ſeruauit. Nam ad
hoc tenetur extra ꝺ ac.qualiter
⁊ quando.i.⁊.ij.⁊ extra ꝺ ſymo.
licet.vbi dicitur ꝙ ſi prelatus er
rauit ⁊ exceſſit tenetur errorem
ſuum corrigere.ideo cauendũ
eſt diligenter prelato ne in cor
rigendo ſit nimis remiſſus vel
nimis rigidus.xlv.d. Diſciplina
Et non faciant precepta indi
ſcreta ⁊ niſi pro re ardua. Nam
ſi cogeret per preceptum vl' ſen
tentiam ſubditum ad aliquid ĩ
quo ſubditus nõ tenetur ei obe
dire mortaliter peccaret.nec ſit
nimis credulus in proceſſu ac
cuſationis inquiſitionis vel de
nunciationis criminum.nec pre
ceps in prolatione ſententie ex
cõmunicationis vel alterius cẽ
ſure alias grauiter peccat.
Si cura habens monialium di
ligenter ⁊ honeſte eas viſitauit
⁊ ad earum regulam ſeruandã
efficaciter induxit prouidendo
eis de confeſſore ydoneo ſcien
tia ⁊ conſcientia quantum po
tuit ⁊ ꝙ penitus abſtineãt a fa
miliaritate ſuſpecta quorumcũ
ꝗ virorum laycorum clericorũ
⁊ etiam religioſorum ne exeant
clauſtrum vel etiam admittant
aliquos intra monaſterium niſi
ex rationabili cauſa vt precipit
in.c.piculoſo de ſta.regula.li.vi
Si in diſpenſando in ieiunijs in
eſu carnium in habendo ſuper
flua ad vſum in penitentijs tax
atis per regulam ⁊ conſtitutio
nes huiuſmodi indiſcrete ſe ha
buit. Nã ſi ſine rationabili cau
ſa diſpenſauit ſic inducendo re
gularis diſcipline relaxationem
⁊ religionis eneruando rigorẽ
grauiter peccauit.⁊ ipſe de hoc
reddet deo rationem.
Si nimis ſe ſecularibus negoti
is ⁊ temporalibus implicauit ꝑ
curias principum diſcurrendo
vel pro minimis cum aliorũ ſcã
dalo litigando ⁊ propter hoc a
cura ſubditorum deſiſtendo .et
ipſe ſpiritualibus orationi ⁊ le
ctioni nimis vacando . Nam in
his omnibus grauius ⁊ leuius
peccauit ſm quantitatẽ exceſ
ſus. Si nimis curioſus ⁊ ſum
ptuoſus fuit in edificijs mona
ſterij eccleſie ornamentis ⁊ hu
iuſmodi. Nam eſt deteſtabile ⁊
prohibitum .xij.q.ij.aurum.⁊.c.
gloria epiſcopi.ex huiuſmodi au
tem exhauritur ſepius in plato
omnis ſpiritus ⁊ deuotio.
Si moribus ⁊ vita fuit exem
plaris ĩ ceſſu habitu ⁊ geſtu mo
deſtus in locutione grauis ⁊ fru
ctuoſus cauẽs diſcordias pacẽ

nutriens omnes paciẽter audi-
ens ꝛ tollerans ſingularitates
euitans cõmunem vitam ſeqn̄s
cum poteſt nemini blandiens
coniunctis affabilis ſuſurratio-
nes detractiones irriſiones cõ-
fabulationes maledictiones et
contentiones in ſe ꝛ in ſubditiſ
eliminans.
¶ Si malas cõſuetudines ſeu cor
ruptelas contra regulam ꝛ reli
gionis decentiam induxit aut
prius inductos non extirpauit
quantum potuit vt proprieta-
tis vicium. Fratrum diſcurſum
ad placitum. familiaritates mu
lierum. eſum carnium vbi eſt ꝓ-
hibitum. ꝛ alia huiuſmodi preci
pue contra tria eſſentialia vota
religionis ḡuiter peccauit. Naꝫ
nichil apud deum eſt damnabi
lius officio prelatõnis ſi perfun
ctorie exerceatur. xl. di. ante om
nia. Debet igitur prelatus om̄i
circumſpectione diligentia ſoli
citudine ꝛ timore ſic de ſibi cõ-
miſſis curam querere q̄ ſit irre
prehenſibilis apud deum ꝛ ho-
mines q̄ ſi non poteſt huiuſmo
di corruptelas et relaxationes
extirpare nec poſſe ſperat in fu
turum propter pertinatiam et
contumaciam ſeu rebellionem
ſubditorum eorum curaꝫ dimit
tat. ij. q. i. §. quando vero.

# De religioſis.

Religioſis poſſunt
queri ea que haben
tur ſupra. c. xv. de clericis. ꝛ. c. ſe.
ſi habent beneficium curatum
Si ſunt predicatores poteſt ab
eis queri ſi predicauit exiſtens
in mortali. nam mortaliter pec
cauit totiens ſic predicauit ſm̄
Tho. idem videtur quotienſcū
q̄ ſcandaloſa predicauit aut ſcā
dalum vel ſeditionem in plebe
concitauit. Si ſine licentia ſuo-
rum ſuperiorum officium predi
catõis exercere preſumpſit mor
tale videtur. Si predicauit prin
cipaliter hac intentione vt reci
peret pecuniam vel laudem vel
fauorem popularem mortaliter
peccauit ꝛ ſymoniam mentalē
cõmiſit. i. q. iij. c. non ſoluꝫ. Con.
tho. ꝛ Rich. in. iiij. di. xxv. ar. iij.
q. ij. ꝛ ſi ſuper hoc paciſcitur ſy-
moniam incurrit etiam quo ad
eccleſiam. Si predicauit nimis
curioſa principaliter ad ſui oſtē
tationem ꝛ inanem gloriaꝫ ibi
conſtituendo finem ſuum mor-
tale eſt. Si habens gratiaꝫ pre
dicandi a predicatione ſe ſub-
traxit precipue cum a ſuperio-
ribus ſibi iniungeret̄ peccauit.
Si predicando aliqua ad retra
hendum perſonas a ſolutione
decimarum dixit ipſo facto ex-
cõmunicatus eſt. vt in cle. cupi-
entes. de penis. ꝛ idem de om̄i
religioſo etiam non predicato-
re. vt ibi. ſed vt habeat locum
hec excõicatio requiritur q̄ ta-
lia verba ꝓferantur intentione

retrahendi a ſolutione vt ſupra
⁊ obligatis ad decimas eccleſiſ-
is perſoluendas. Secus ſi non
hac intentione retrahendi vel
non obligatis ad decimas vel
etiam obligatis ſed nõ eccleſijs
vt ibi no. Jo. de leg. Jo. de imo.
⁊ Pau. Si requiſitus fuit a re-
ctoribus eccleſiarum vel vicari
is aut loco tenentibus vt in pre
dicatione vel ꝯfeſſione ꝯſcienti
am faceret predicationẽ audiẽ-
tibus ⁊ ſibi confitentibus ꝙ de
cimas ſoluant. Nam ſi nõ fecit
mortaliter peccauit. ſi cõmode
facere potuit ⁊ alijs penis gra-
uibus punitur vel puniri debet
vt in. d. c. cupientes. Si religio-
nem ingreſſus eſt ſymoniace ſci
enter vel ignoranter. nam talis
non poteſt in illo monaſterio re
manere. ex. de ſymo. qm̄ ſymoni
aca. ⁊ c. ex inſinuatione. vide ibi
⁊ plenius de hoc in piſa. ſymonia
ſexto. in principio. Et hoc intel
ligitur de ſymonia commiſſa ex
pacto vel conuentione ⁊ huiuſ-
modi etiam ſi ceteris preterq̄
committentibus ſit occulta ſm
Ray. ar. dicti. c. quoniam. Si re
ligionem ingreſſus eſt non intẽ
tione pura deo ſeruiendi. ſed qꝛ
pauper erat vel laborare tede-
bat vel ſi puella erat quia nube
re non poterat vel coacta a pa-
rentibus inuita ingreſſa eſt. nã
ſi voluntatẽ non mutauerit vi
detur in mortali ⁊ non in bono

ſtatu. Si in ingreſſu religionis
mendacia dixit vel aliquid dolo
ſe tacuit p̄ſertim notabilẽ infir
mitatem. vel debita ſeu infami
am vel alia ſcandaloſa peccauit
grauiter. Si fecit profeſſionem
cũ intentione non ſeruandi eã
mortaliter peccauit. Si profeſ-
ſus eſt in monaſterio diſſoluto
vbi regulariter non viuitur. Si
poteſt mutet locum ⁊ ſi opus fu-
erit cum diſpenſatione. qḋ ſi nõ
poteſt ⁊ alios ad regule obſer-
uantiam ⁊ ordinis reformatio-
nem reducere nequit ipſe ſolus
ſeruare ſtudeat. ⁊ ſi ibi non viui
tur in cõmuni ⁊ neceſſe habeat
ſibi de neceſſarijs prouidere ca
ueat ne pecuniam vl' aliquid re
cipiat teneat expendat vel alijs
tribuat ſine bona licentia prela
ti ſui generali vel ſpeciali vl' eius
beneplacito. ⁊ ſit ipſe ſemp pa-
ratus omnia ponere in cõmuni
et in manibus prelati ordinis.
Nec theſauriſet aut ſuperflua
vel delicioſa habere querat ſeu
ſollicitet. Nec ad hmõi affectũ
habeat inordinatum. ⁊ ſic forte
poterit cum ſalute ptranſire ſi
in ceteris bene ſe habeat. Tu-
tius tamen eſſet vt predixi locũ
mutare. Si habẽs votũ religio
nis artioris ad aliã laxiorem in-
greſſus eſt. Nã ſi adhuc ꝓfeſſus
nõ eſt non poteſt ibi licite rema
nere ſine diſpenſatione. ſi ve-
ro iam profeſſus eſt in laxiori.

licet peccauerit ꝛ pro voto non
completo ſit ei penitētia impo
nenda poteſt tamen in eadez li-
cite remanere ſm arch.in.c.qui
poſt votum de reg.iur.li.vi.Si
profeſſus in aliqua religione ap
probata vult tranſire ad aliam
equalem vel laxiorem nō poteſt
ſine diſpenſatōne .vt no.Jo.an.
Gemi.in.c.cum ſingula.de pre
ben.li.vi.ꝛ dñs An.de bu.extra
de reg.ſignificatum.De ordine
vero mendicantium ad nō men
dicantium. Vel monachalez nō
poteſt ſine diſpenſatione pape
niſi ad ordinem carthuſienſem
alias tam ingrediens q̄z recipi
ens incurrunt excōmunicatio-
nem papalem vt in extrauagan
ti Martini quinti.Si ad religio
nem aliquem induxit ſymonia-
ce vel doloſe puta aſſerendo q̄
ibi regula ſeruatur ꝙ eſt falſum
vel dicendo q̄ regula ſua nō ob
ligat ad mortale vel reticendo
auſteritates religionis quas il
le ſi ſciret nullo pacto ad eas ſe
obligaret peccauit mortaliter.
Si volentem ingredi religionē
ſeu monaſterium obſeruātie re
gularis auertit vt traheret ad
ſuam alteram infamando ſuam
vero vſq ad tertium celum ex-
tollendo. Nam talis damnatio
nem eternam non euadet cum
contra charitatem iuſticiam et
ſacram ſcripturam fecerit .Si
ſufficienter nouit ꝛ intelligit ſb

ſtantialia ſue regule ꝛ ad eam
pertinentia. Et ſi contra illā ali
quid egit precipue contra obe
dientiam caſtitatem ꝛ paupta-
tem. Nam horum tranſgreſſio
ſemper eſt mortale in alijs autē
non omnis regule tranſgreſſio.
ſm tho.ij.ij.q.clxxxvi.eſt morta
le.ideo etiam circa hoc poſſunt
ſic interrogatōes formari. Pri
mo ſi fecit contra aliq̄d p̄ceptū
a prelato oretenus factum pu-
ta cum dicit᷑ p̄cipio vel mando
in virtute obedientie vel ſpiri-
tuſſancti vel ſub pena excōmu-
nicationis vl' per alia verba hu
iuſmodi vt fiat iſtud vel illud in
tendens ſubditum ſub peccato
mortali obligare ad illud faciē
dum. Nam huiuſmodi trāgreſ-
ſio ſemper eſt mortale ſm tho.
ij.ij.q.lxxxvi. Niſi q̄d precipitur
eſſe tale quid in quo ſubdit⁹ nō
teneatur ei obedire vel eſſz pec
catum.xi.q.iij.non ſemper .Si
doloſe ſeu per importunitatez
prelati voluntatem traxit ad ſu
am idem videtur. Si contra ali
q̄d preceptū regule vt cuz aliq̄d
in ea p̄ceptorie mandat᷑ ſub pe
na excōicationis aut carceris vl'
pene grauioris ꝛ hmōi. Naz ta
lia v̄ba cōmuniter cenſent᷑ ob
ligare ad mortale. Et idez de p̄
ceptis in cōſtitutionib⁹ ordinis
ꝯtentis. Si trāſgreſſus eſt alia
in regula ꝯtenta que non ſunt
p̄cepti vt cerimonialia ordinis

vel ſilentium ⁊ huiuſmodi hoc
eſt tantum veniale niſi fierꝫ ex
ꝯtemptu ſm tho. vbi ſupra. Nã
qui ꝓfitetur nõ vouet ſeruare
oĩa que ſunt in regula ſub ꝯb
ligatione peccati. ſi aliquid ha-
bet vel habuit dedit vł accepit
contra voluntatem prelatorꝫ
tacitam vel expreſſam. cõtra vo
tum paupꝫtatis fecit ⁊ mortali-
Nõ ter peccauit. Idem videt̃ ſi litte
ras ſcripſit vel recepit occulte
ſine licentia prelati. xij. q. i. nõ di
catis. Si votum caſtitatis vio-
lauit quoquomodo opere vł ta
ctu venereo locutione turpi et
amatoria vel etiã cogitatõe car
nali ⁊ immunda deliberata ſeu
delectatione moroſa. Nã in ho
rum quolibet eſt mortale vt di-
ctum eſt ſupra precepto ſexto ⁊
nono. Si conuerſationem ſcan-
daloſam ſeu nimiam familiari-
tatem habuit cũ mulierib⁹. Nã
ſi ſic reperitur eſſe extra caſum
neceſſitatis ꝓhibendus eſt etiã
ſi ſint affines ꝓpter ꝓbabile pe
riculum. xxxij. di. hoſpitiolum. et
di. lxxxi. per totum. Alias nõ ab
ſoluẽdus. Si ſine manifeſta ſcau
ſa ⁊ rationabili monaſteria mo
nialium frequentauit. Nam cũ
hoc ſit omnino clericis ꝓhibi-
tum. extra de vi. ⁊ ho. cleri. mo-
naſteria. multomagis religioſis
⁊ ſi ingreſſus eſt monaſteria mo
nialium ſancte clare ſine licẽtia
⁊ in caſu nõ conceſſo excõicatus
eſt ⁊ abſolutio pape reſeruatur
Idem eſt ſi ingreſſus eſt mona
ſteria monialium ordinis p̄dica
torum. quia non poteſt abſolui
niſi a papa vł a magiſtro eiuſdẽ
ordinis. Ingrediens vero alia
monaſteria de iure cõmuni non
incurrit excõmunicationem ſed
in multꝫ locis eſt excõmunicatõ
ſynodalis hoc tñ non ligat igno
rantes. extra de cõſti. vt anima
rum li vi. Si dixit horas cano-
nicas. Nam quilibet regularis
precipue ꝓfeſſus tenetur ex pre
cepto ad eas etiã ſi non habet
ordinē ſacrũ alias peccat mor-
taliter. vt ſupra. c. ti. c. xvi. et ſm
Guil. tenetur dicere illas ſecun
dum ordinem ſue regule vel pri
uatorum ſtatutorum. vt no. Io.
de imo. in cle. graui. de celebra.
miſ. Si abſq; rationabili cauſa
officium dixit extra eccleſiam p̄
cipue in diebus ſolennibus, vel
ſtetit ſomnolentus aut dormi-
uit. nam ſi ex hoc non dixit inte
gre illud idem redicat vel aliq̇d
loco eius ſuppleat. ⁊ ſi pro ma-
iori parte omiſit illỏ iteret. Si
in choro incõpoſitus corpe ſfuit
oculis vagus ⁊ mente diſtract⁹
precipue aduertenter. Si riſit
vł alios ridere fecit propter ei⁹
leuitatem aut verbũ diſſolutꝫ
Si cerimonias officij ex negli-
gentia nõ ſeruauit. male legit vł
cantauit in oĩbus his veniale ẽ
niſi fiat ex ꝯtemptu, tunc enim

mortale eſt. Si penas vel peni-
tentias taxatas a regula vel a
conſtitutionibus aut ꝑlatis nõ
fecit. Nam ſi ex negligentia vł
obliuione omiſit veniale videꝰ.
Si vero ex ꝯtemptu mortale ẽ
Si vltra officiũ diuinum priua
tim ꝓ ſeſe pro alijs ſibi coniun-
ctis benefactoribus ꝛ tribulatꝫ
precipue recommendatis viuis
ſeu defunctis aut meditationi
deuotioni ꝛ ſacre lectioni q̃tũ
debuit non vacauit ſed potius
legit curioſa ꝛ inutilia vtꝫ docto
res gentium ꝛ fictiones poeta
rum qđ eſt probibitum. xxxvij.
di. ideo. Si quandoqꝫ ſcienter
elegit indignum in prelatũ vel
non elegit illum quẽ iudicauit
meliorem ad illud officiũ ſꝫ ali-
um ratõne amicicie aut alia nõ
recta intentõne mortaliter pec
cauit. Si accuſauit calumnioſe
prelatum vel confratrem de ali
quo crimine vel teſtificatus eſt
aut iniuſte ab accuſatione deſti
tit vel alias prelatum ſubditũ
vel conſocium falſo infamauit
vel etiã vera dicendo intentio-
ne infamandi fecit in bis omni
bus mortaliter peccauit. Si fe
cit vel cooꝑatus eſt ad aliquam
conſpirationẽ contra prelatos
vel adinuenit tenuit vel nutri-
uit in monaſterio vel conuentu
ſectas partialitates ꝛ diuiſiões
mortale eſt ꝛ deteſtabile crimẽ.
Si fratrem delinquentez iuxta
formam euangelicã non admo
nuit vel in viſitatione iuxta pre
ceptum prelati in cõmuni vł in
particulari factũ dicenda ꝛ cor
rectione digna non reuelauit.
Nam ſi ſcienter dicẽda tacuit
mortaliter peccauit. ꝛ idẽ dico
ſi in dicendo ordinem fraterne
correctionis nõ ſeruauit. debet
eñ accuſationem legitimã pre
cedere inſcriptio ꝛ inquiſitionẽ
clamoſa inſinuatio denunciatõ
nẽ aũt charitatiua correctio. ex
de ſymo. licet. ꝛ. i. q. ij. c. ſi pecca-
uerit. poteſt tñ crimẽ fratris eti
am occultum denunciari eccłie
vel prelato abſqꝫ ſecreta admo
nitione preuia in pleriſqꝫ caſibꝰ
vt notat Rich. in. iiij. di. xix. ar.
iij. q. i. Si inutiliter tempꝰ expẽ
didit ꝛ ocio vacauit qđ eſt om-
nium ſentina viciorum. Si fuit
obſtinatus curialis vel cauſidi-
cus. ſi vſus eſt pannis precioſis
ꝛ cibis exquiſitis. ſi ĩ habitu cu-
rioſus. ſi in clauſtro vel capitu-
lo fuit litigioſus irreuerens ad
maiores vel circa altare. iurans
in cõmuni ſermone. Nam ĩ bis
omnibus eſt mortale vel venia
le ſꝫm intentionem ꝛ qualitatez
facti. Si comedit carnes qñ eſt
ꝓbibitum extra infirmitatem.
Si vſus eſt lineis ad carnez vel
lectis plumeis. Si omiſit ieiu-
nia eccleſie regule vel ꝯſtitutio-
num ordinis peccauit vt ſupra.
Si egre ꝛ cum indignatione re

ꝓhenſiones maioꝝ ſuſtinuit
vel eorum obedientiam non af
fectuoſe ſ; tarde querulose diſ/
ſolute fecit peccauit vt ſup̄. Si
aliorum mores conditōnes ⁊ in
firmitates in charitate non ſup
portauit vel alijs ſe grauez red
didit aut eos irriſit peccauit vt
ſupra. Si nimis leuis vel diſſolu
tus fuit verbis geſtibus vl' iocis
alios ad riſum induxit. Nam li/
cet recreationis cauſa quando/
q; fiat ⁊ raro ad ſubleuanduz te
dium ſit tollerabile laudabilius
tamen eſt ab huiuſmodi ceſſare
Si ſingularitates in cibo potu
veſtitu ⁊ huiuſmodi queſiuit vl'
ꝓpter hec murmurauit pecca/
uit. Nam ex his ſepi' oritur ſcā
dalum murmuratio ⁊ indigna/
tio inter fratres. Si nimis te/
nax fuit in retinendo vel prodi/
gus in dando aut perſonarum
acceptor dando vel diſtribuen/
do d̄ rebus cōmunibus vni ma
gis q̄ʒ alteri iuxta affectiones
ſuas peccauit magis ⁊ minus
ſecundum quantitatez exceſſus
Si confeſſionem cōmunem ſ̄m
regulam morem vel conſuetudi
nem religionis non frequenta/
uit. Nam hoc aliquibus precep
tum ē ſemel in menſe vt clemē.
ne in agro. de ſta. monach. Ali/
quibus ſepius. aliquibus rari'.
Si fuit tepidus in dilectōe dei
⁊ proximi non dolens de eoꝝ
offenſa ⁊ non ardenter affectās
honorem dei ⁊ animarum ſalu/
tem vt decet.

Si nimis carnaliter dilexit cō
ſanguīeos ſuos ⁊ affines. nimis
dolens de eorum aduerſitate ⁊
gandens proſperitate vel eam
ſibi affectans.

Si nimis eos viſitat ⁊ ꝗrit vl'
gaudet ab eis viſitari.

Si cum eis vel alijs ſeculari/
bus loquitur vl' interrogat que
non expediunt vt de guerris et
huiuſmodi vel pro eis procuret
beneficia eccleſiaſtica vel tem/
poralia officia. Naz hoc eſt val/
de periculoſuz precipue ſi tales
ſint inepti vel indigni.

Si artificium aliquod vel ex
ercitium fecit illicitum aut ho/
neſtati religionis indecens vt
burſas vl' veſtes rechamites vl'
linea r̄ticulata ⁊ huiuſmodi q̄d
ſepe repitur in monialibus mo/
dernis prohibenda ſunt.

Si proficere non curat, ſed in
uitus facit que ſeruat ⁊ ſe male
contentum eſſe in religione re/
perit. nec r̄cognoſcit ſe pro hoc
beneficio ⁊ ceteris ad recom/
penſandum deo obligatum. ta
lis ypocrita eſt ⁊ in ſtatu dam/
nationis ſ̄m Tho. Si quando
q; dimiſit habitū. Nā r̄ligioſus
ſeu religioſa ſemper debet tene
re habitum ſue religionis ſiue
in lecto quieſcens Siue alibi

conſiſtens niſi ſit adeo vrgens
neceſſitas vel grauis infirmitas
que habitũ non pateret̃.xx.q.i.
vidua. Alias videt̃ peccare mor
taliter. Et ſi temere ſine habitu
appareat in ꝯſpectu ſeculariuꝫ
ipſo facto excõmunicationeꝫ in
currit. vt in.ca. vt periculoſa.ꝑ ne
cle. vel mo.li.vi. Et ideꝫ eſt ſi ap
paruerit coraꝫ eis in habitu ſuo
Sꝫ cooperto habitu clericali ſi
ne cauſa rationabili. vt no. Joh.
an.in cle.quoniã.de vi.⁊ ho.cle.
de regu.iur̃.certum.in nouella.
Si ad ſtudia litterarũ iuit non
licenciatus a ꝑlato ſuo ⁊ cũ cõ
ſilio maioris partis ſui conuen
tus. Nam talis ipſo facto excõ
municationem incurrit vt ha
betur in dicto.c. vt periculoſa.
Si ad audiendũ leges vel phi
loſophiam iuit.nam ſi infra du
orum menſiũ ſpaciũ non redie
rit ad clauſtrum ipo facto excõ
municationeꝫ incurrit extra ne
cle. vel mo.c.ſup ſpecula. Si re
ligionem ⁊ habitum ſue religio
nis animo nõ reuertendi aliquã
do deſeruit. nam talis apoſtata
iudicat̃.ff.de re.mi.l.deſertoreꝫ.
⁊ eſt excõmunicatus vt ſupra ꝑ
pter temerariaꝫ habitus dimiſ
ſionem qđ eſt ſpeciale in religi
oſo apoſtata.nam alias apoſta
ta non eſt excõmunicatus ſꝫ ex
cõmunicandus vt no.glo.in di
cto c. vt periculoſa.ſuper verbo
ipſo facto. Si induxit aliquem
ad vouendum iurandum vel fi
de interpoſita ſeu alias promit
tendo vt ſepulturaꝫ apud eius
eccleſiam eligat vel iam electaꝫ
vlterius non mutet. Talis ſen
tentiam excõmunicationis in
currit ipſo facto de ſepul.c.i.li.
vi.⁊ in cle.cupientes de penis.
Si clericis vł ſecularibus ſacra
mentuꝫ eucharistie vel extreme
vnctionis miniſtrauit aut ma
trimonium ſolẽniſauit id eſt pu
blice ⁊ ſolenniter ſponſos bene
dixit non habita ſuper his par
rochialis preſbiteri licentia ſpe
ciali. Nam excõmunicationem
incurrit papalem. vt in cle.reli
gioſi.de priuil̃. Si excõmunica
tos a canone ſine ſpeciali cõceſ
ſione abſoluere preſumpſit pre
terqꝫ in caſibus a iure permiſſiſ
vel propter priuilegia ſediſ apo
ſtolice ei conceſſa eandem excõ
municationem incurrit vt ibi.
Et hoc intelligitur indiſtincte
de excõmunicatis a quocunqꝫ
canone a papa promulgato eti
am ſi talis religioſus abſoluerit
excõmunicatos a canone mino
ri excõicatione ꝑpter participa
tionẽ ⁊ ſic ſentit gloſa ibidẽ ſup
verbo a canone. Concor. Guil.
Pau. Joh.de leg.⁊ Joh.đ imo.
in dicta cle.religioſi. Si a ſentẽ
tiis per ſtatuta prouintialia vel
ſynodalia ꝓmulgatis ſeu a pe
na ⁊ a culpa abſoluere quenqꝫ
ꝑſumpſit eandẽ ſententiam ex

cōmunicationis incurrit. ipo fa
cto etiā ſi religioſum vel ꝯſciuȝ
ab hmōi abſoluere pſumpſerit
vt ibideȝ no. glo. ſup verbo quā
qȝ. Si exiſtens monachus vl ca
nonicus regularis nō habēs ad
miniſtrationē abſqȝ licentia p̄
latorum ſuorū ad curias princi
pum ſe transferre pſumpſitȝ vt
p̄latis vel monaſterio aliquod
damnum inferret talis ipſo fa
cto excōmunicationis ſententi
am incurrit. vt in cle. ne in agro
ō ſta. mo. Si monachus exiſtēs
ſine licentia ſui abbatis intra
ſepta ſui monaſterij arma tenu
it excōmunicationē incurrit. vt
ibi ſi de facto ꝯtraxit matrimo
nium excōicatus eſt. ex̄ de ꝯſan.
ꝛ affi. eos in cle. Si nō ſeruauit
interdictū qd̄ ſeruat cathedra
lis ſeu mater eccleſia loci illius
excōmunicationis ſententiā in
currit nō obſtantibus priuil. ſeu
indultis ſtatutis vel cōſuetudi
nibus quibuſcūqȝ ei cōceſſis vt
in cle. ex frequētibus. de ſen. ex.
Si exiſtens in ordine minorum
tempore interdicti recepit ad
diuina fratres vel ſorores ſtertij
ordinis excōmunicationē incur
rit extra de ſen. excō. cum ex co.
in clementinis.

Incipit quarta ps hui⁹ opu
ſculi de penitentie iniunctione
ꝛ peccatorum abſolutione.

Expeditis tribus
hui⁹ opuſculi pn
cipalibus ptib⁹
reſtat nunc vide
re vltimam que
in duobus conſiſtit. ſ. in peniten
tie iniunctōe. ꝛ peccatorū abſo
lutione. ſed qm̄ non poteſt debi
ta forma p miniſtrū apponi ni
ſi primo materia debita ſit inte
gre preparata. ꝛ cū materia pe
nitentie ſit ꝯtritio. ꝯfeſſio. ꝛ ſa
tiſfactio. ſine quibus non pficit
hoc ſacramentū merito in hoc
ſacramento ſacerdos hoc ordi
ne pcedet vt primo diligenter
peccatorum confeſſionem audi
at. ꝛ de hoc ſupra. Secundo pe
nitentiam iniungat. Tertio ab
ſolutionem impendat vt notat
Guil. ꝛ Jo. an. in cle. Dudum. ō
ſepul. Intendens igitur et ego
hunc ordinem ſeruare declara
bimus primo quomodo ſe con
feſſor habere debeat in penitē
tie impoſitione. deinde in pec
catorum abſolutione.

Capitulum primū.

Circa primum. ſ. peni
tentie impoſitioneȝ
p maiori declaratō
ne ſciendū eſt. q trī
plex eſt penitētia. ſ. ſolennis. pu
blica. ꝛ priuata. Solēnis eſt illa
que fit in capite quadrageſime
cū ſolēnitate q̄ habet. d. l. In ca
pite. ꝛ imponit ſolū ab epo vel
de eius mandato ſm hoſtiē. in

ſum. de offi. Archi. Publica ve
ro penitentia proprie dicitur il
la que fit in publico non tamen
cum predicta ſolennitate ut cū
iniungitur peregrino ire p mo-
dum cum baculo ⁊ pera bene-
dictis ⁊ huiuſmodi hanc poteſt
imponere quilibꝫ ſacerdos par
rochiano ſuo niſi adſit in cōtra-
rium conſuetudo in aliqua ec-
cleſia. Priuata autem peniten
tia dicitur illa que quotidie fit
ſaltem ſemel in anno cum quis
ſecrete ⁊ ſoli ſacerdoti peccata
ſua confitentur de pe. diſt. iij. iu
ſtus. ⁊ c. reperiuntur. ⁊ c. omnis
de pe. ⁊ re. ⁊ hanc poteſt impo-
nere etiam quilibet ſacerdos.
ſed quoniam regulariter ꝓ quo
libet mortali peccato debet ſe-
ptennis imponi penitentia. xxx
iij. q. ij. hoc ipſum. ⁊ §. ſe. ⁊ xxij. q
i. predicandum. niſi maior vł mi
nor inueniatur per canones ex-
preſſa ideo eos vt maturius ꝓ-
cedatur. ⁊ ne alicui ignorantia
ſit occaſio delinquendi hic inſe-
rere volui.

## Incipiunt canones penitentiales.

PRimꝰ canō dicit ꝙ
ſi presbiter fornica-
tionem fecerit. x. an
norum penitentiaꝫ
agat ſm formam traditā. lxxxij.
di. presbiter ſi fornicationē. Se
cundus canon ꝙ ſacerdos co-
gnoſcens filiam ſuaꝫ ſpiritualeꝫ
ſcilicet quam baptiſauit vel ad
confirmationem tenuit vel in
confeſſione audiuit. xij. annorꝫ
debet penitentiaꝫ agere. ⁊ ſi pu
blicum ſit deponendus eſt. Eps
autē qui talia cōmiſit. xv. annis
peniteat. ⁊ pſbiter ⁊ mulier reli
gioni tradant̄ rebus ſuis pau-
peribus erogatis. xxx. q. i. ſi quis
ſacerdos. ⁊ c. non debet. Si q̇s
peccauerit ꝯtra naturā ⁊ eſt cle
ricus deponatur ⁊ religioni tra
datur. Si laycus excōmunicet̄
⁊ a cetu fiat vſqꝫ ad ſatiſfactio-
nem condignam fidelium alie-
nus ſupra de exceſ. pla. c. clerici.
Si quis cū brutꝭ coierit pluſ q̄ꝫ
p ſeptē annos peniteat. xxxij. q
ij. hoc ipm. ⁊ §. ſe. Si q̇s cōmiſe
rit inceſtū eadē pena puniat̄. vt
in iuribꝰ ſupra ꝑxime allegatis
adde ꝙ viciū cōtra naturā gra
uius eſt q̄ꝫ cū matre ꝓpria pec
care. xxxij. q. vij. c. Adulteri malū
Si ſacerdos clādeſtinis nuptijſ
interfuerit triēnio ſuſpendat̄ et
ſi culpa hoc exegerit grauiꝰ pu-
niatur. ſupra de clandē. deſpō.
c. cū inhibitio. q. penł. ſi q̇s votū
ſimplex violauerit tribuſ annis
penitere debꝫ. xxvij. di. ſi vir. Si
q̇s excōicatus celebrauit trien-
nio penitere dꝫ ⁊ a vino ⁊ carni
bus abſtinere quarta ⁊ ſexta fe-
ria. ij. q. iij. de illis q̇ aliū iniuſte
accuſat ad mortē. xl. dies ī pane
⁊ aqua cū ſeptē annis peniteat
ſi mors ſecuta fuerit. Si vero

debilitatus membro fuerit ac-
cuſatus ꝑ tres quadrageſimas
peniteat accuſator ſup̄ de accu.
accuſaſti. quicunq; filiam ſuam
ſpiritualē vel cōmatrem cogno
uit ꝑ ſeptē annos peniteat. ⁊ ſy-
militer conſentiētes. ſ. mulieres
xxx. q. iiij. nō oportet. ſi q̇s deſpō-
ſatam alij duxerit eaꝫ dimittat
⁊ ꝑ. xl. dies in pane ⁊ aqua. et ꝑ
ſepteꝫ annos peniteat ſupra de
ſpon. duc. c. accepiſti. ⁊ intellige
deſponſatā. ſ. ꝑ verba de ꝑſenti
qui cognouerit duas cōmatres
vel ſorores ſiue ſit vxorat⁹ ſiue
nō ad minus ſeptē annis peni-
teat licet plus deberet. xxx. q. iiij
ſi pater homicida voluntarius
ſine ſpe reſtitutionis deponit̄ ⁊
ſeptē annis penitere debet. l. d.
miror. vel ſi cauſa ſubſit vt ma-
gis caſuale homicidium q̄ꝫ vo-
luntarium preſumatur quinq;
annis peniteat. l. di. eos vero. et
c. ſi qua femina. ⁊ c. ſi quis volū
tatem. ¶ Patricida ꝑ decem an
nos peniteat ſ̄m formam ſatis
aſperam traditā. xxxiij. q. ij. lato
reꝫ. ¶ Vxoricida toto tp̄e vite ſue
peniteat ⁊ ſatis durior ſibi pe-
nitentia imponit̄ q̄ꝫ matricide
xxxiij. q. ij. admonere. ⁊ c. q̇cunq;
¶ Si quis ꝓprium filiū interfe
cerit ex ꝓpoſito induci debꝫ vt
tempore vite ſue peniteat ī mo
naſterio vt. c. i. de his qui filios
occiderunt. ⁊ ſi nō poſſet ad hoc
induci annorum triū penitētia

indicatur quorum vnum in pa-
ne ⁊ aqua ꝑagat. etiā ſi opp̄ſſe-
rit in lecto dormiēs. vt in. c. ſi. ex
de his qui ſi. occi.
¶ Si quis ꝑiurauerit. xl. dies in
pane ⁊ aqua. ⁊ ſeptē annos pe-
niteat ⁊ nunq̄ꝫ ſit ſine peniten
tia. ſ. interiori. hoc eſt vt ſemper
doleat de peccato. vi. q. i. quicū
q; facit. l. diſt. ¶ Clerico.
¶ Pro falſa menſura. xxx. dierum
in pane ⁊ aqua imponatur pe-
nitētia. ē. de emp. ⁊ vē. c. ij. vt ibi.
¶ Si quis ſolenniter penituit
⁊ poſtmodū ad vomitum redijt
decem annis peniteat. de peni.
di. v. ſi qui vero. ¶ Qui deuotam
vel monialem cognouerit decē
annis peniteat. xxvij. q. i. deuotā
⁊ c. precedenti.
¶ Qui cantat miſſam ⁊ nō cōmu
nicat anno penitere debet ⁊ in-
terim a celebratōne ⁊ cōmunio
ne ceſſare. de con. di. ij. ¶ Relatuꝫ
nec alia ibi exprimit̄ penitētia.
¶ Si ſacerdos clericū mortuū in
palla altaris inuoluerit. x. annis
⁊ q̇nq; menſib⁹ peniteat. dyaco
nus xp̄o triennio ⁊ dimidio. de
con. di. i. nemo cleric⁹ ꝑ ignorā-
tiam. ¶ Qui cōmittit ſacrilegiuꝫ
violando eccleſiam vel criſma
ſeu caliceꝫ ſacrū pollutis mani
bus accipit vel ſimilia cōmittit
vij. annis peniteat ⁊ in duob⁹ n̄
intret eccl'iaꝫ ⁊ vſq; ad q̄rtū nō
offerat ⁊ tribus diebus in heb-
doma a vino ⁊ carnib⁹ abſtineat

ieiunando.ſed alia conſiderāda
ſunt que habent̄.xij.q.ij.de viro
nephando.Si qui parētes fran
gunt ſponſalia filiorū triēnio ſe
parentur a cōmunione ⁊ filij ſi-
militer ſi in culpa ſint.xxxi.q.iij
ſi parentes.ar.de pe.di.i.ſicut.q̄
ducit in vxorem quā polluit per
adulteriū quinqꝫ annis peniteat
xxxi.q.i.ſi qua vidua.Maledic⁹
contra deū vel aliquē ſanctorū
per ſeptē hebdomadas penite-
re debet eo modo quo tradit̄
ſupra de cle.male.c.ij.Si ſacer-
dos reuelat confeſſionē de iure
antiquo deponi debeat.⁊ toto
tempore vite ſue ignominoſus
peregrinari per mundū.de pe.
di.vi.caueat ſacerdos.poſt mo-
dum determinatū fuit qꝫ depo
ſitus ad agendā penitentiā per
petuam in artū monaſteriū de-
trudatur.ī.e.c.omnis.in fi.Qui
compulſus conditionaliter per
iurat ſi liber eſt.xl.diebus in pa
ne ⁊ aqua peniteat cum ſeptē
annis ſequētibus in cōmuni pe
nitentia.ſi vero ſeruus eiuſdem
eſt per tres quadragesimas et
legitimas ferias.ſ.ſecundā q̄r-
tam ⁊ ſextam peniteat.xxij.q.v.
Qui compulſus.

¶Qui periurat in manib⁹ epi-
ſcopi aut in cruce ꝯſecrata tres
annos peniteat.ſi vero in cruce
non conſecrata vnū annū peni-
teat.Qui autem coactus ⁊ ig-
norans periurauerit ſi poſtea

cognouerit tres q̄dragesimas
peniteat.xxij.q.v.qui periurat.
Qui ſcienter falſum iurat vel
alium iurare cōpellit vl' inducit
xl.diebus in pane ⁊ aqua cū ſe
ptem ſequentib⁹ annis penite-
at ⁊ nunq̄ſ ſit ſine penitentia ⁊
alij ſi conſcij fuerint similiter
peniteant.xxij.q.v.ſi quis ſe per
iurauerit.⁊.c.ſi quis ꝯuictus.

¶Si quis coactus pro vita re
dimenda vel alia neceſſitate p-
iurat tres quadraginta vel ſcdm
aliquos tres annos peniteat.xx
ij.q.v.Si quis coactus.

¶Qui in dicendis horis cano
nicis ⁊ alijs diuinis officijs a cō
ſuetudine metropolitane pro-
prie eccleſie diſcrepat ſex men-
ſibus cōmunione priuatur ſi hoc
ex ꝯtemptu fecerit.xij.di.d' his.

¶Epiſcopus qui correctionē
ſubditorum pro venditione mi
niſteriorum diſſimulat duobus
menſibus excommunicatōi ſub
iaceat.Ceteri vero clerici eadē
pena vel alia competenti ple-
ctatur.i.queſtione.i.quidquid.
ſortilegijs diuinus ⁊ maleficijs
ſecularibus quadraginta dieb⁹
peniteat.Si peccatū eſt occul
tum.extra de ſortil.c.i.Si vero
eſt notorium communione fide
lium priuetur.de conſe.diſti.ij.
pro electione.Sacerdos qui vi
det in aſtralabio duobus annis
peniteat.extra de ſortil.capitu-
lo ex tuarum.

Clericus qui ſcienter ⁊ malicioſe magicis artibus incantationibus ⁊ huiuſmodi vſus fuerit, vel tales alij conſuluerit honore dignitatis ſue priuatus in artum monaſterium detrudatur ad perpetuam penitentiã agendam. xxvi. q. v. non oportet. ⁊ c. ſi quis epiſcopus. ⁊ c. aliquanti. Si quis ſtillauerit in terram ſiue tabulam de ſanguine conſecrato. xl. diebus peniteat. ſi ſuꝑ altare tribus diebus. ſi ſuꝑ lintheum altaris ⁊ ad aliud ſtilla ꝑuenerit quattuor diebus. ſi vſqꝫ ad terciam nouem diebus. Si vſqꝫ ad quartum. xxx. diebus peniteat de cõ. di. ij. ſi ꝑ negligẽtiã

Si quis laycus per ebrietatem vel voracitatem euchariſtiam euomuerit quadraginta annis peniteat. Clericus vero vel monachus. lxx. diebus. Epiſcopus autem. ix. diebus peniteat. Sed ſi ꝓpter infirmitateꝫ hoc acciderit ſeptem diebus peniteat. de con. di. ij. ſi quis per ebrietatem. Qui preſbiterum interfecerit duodecim annis peniteat extra. e. c. ij.

Si quis domum ſeu aream cuiuſcunqꝫ voluntarie incenderit ſublata vel incenſa om̄ia reſtituat. ⁊ tres annos peniteat extra de iniur. Si quis domum. Qui cõmunicat cum heretico ſcienter quinqꝫ annis peniteat. xxiiij. q. i. ſi quis dederit. ⁊ c. ſe.

Qui ignoranter cognoſcit duas ſorores vel matrem ⁊ filiam vel amicam vel neptem ſeptem annis peniteat. Si ſcienter perpetuo careat coniugio. xxxiiij. q. vlti. ſi quis cum duobus capitulis ſequentibus.

Patronus res eccleſie dilapidans anno peniteat. xvi. q. vi. filijs. qui luſtrat domum ſuaꝫ cũ magicis incantationibus quinqꝫ annis peniteat. xxvi. q. v. ſi q̀s ariolos. ⁊ duabus cauſis ſequẽtibus qui iurat non facere pacem cum proximo ſuo vino peniteat ⁊ ad pacem redeat. xxij. q. iiij. qui ſacramento.

Periurus adulter homicida regulariter ſeptem annis peniteant. ⁊ idem pro fornicatione licet non ita aſpera penitentia imponatur. xxij. q. i. predicanduꝫ cum glo. ⁊ xxiij. q. ij. hoc ipſum. ⁊ §. ſequenti.

Quanquã hos canones penitentiales hic inſeruerim non tamẽ hoc ideo feci quia confeſſor debeat aut teneatur ſemper penitentias prout in eis continetur imponere cum hodie omnes penitentie arbitrarie ſint ⁊ confeſſoris arbitrio cõmittantur. xxvi. q. vij. temꝑa. ⁊ de pe. di. i. menſuram. ⁊ extra. e. c. q̄ſitum. ⁊ ca. de his qui. ſed vt ex hoc ſciat melius differẽtias peccatorum cognoſcere ⁊ ſm̄ eorũ

grauitatem cuilibet penitēti ꝓ
ut congruit penitentiam iniun
gere conſideratis tamen condi
tione ⁊ perſone dignitate ſexu
officio paupertate cōplexione ſo-
cietate ac diſpoſitione vt dicit
Hoſti. in ſum. e. ti. §. que penitē
tia. Debet enī penitētia pecca-
to correſpondere vt. ſ. ſuperbo
humilis iniungatur oratio. aua
ro ⁊ cupido elemoſinarum elar
gitio. luxurioſo ⁊ guloſo abſtinē
tia ⁊ carnis maceratio. q̄d verū
eſt non de neceſſario vel etiam
de congruo in ſpeciali. ſed d̄ cō-
gruo tantum in generali vt di-
cit Sco. in. iiij. di. xv. q. i. Naꝫ ſe
pe contingere poteſt ꝙ aliquis
peccet peccato ſuperbie auari-
cie luxurie ⁊ gule cui de cōgruo
deberet correſpondere aliquod
predictorum operum penaliuꝫ
⁊ tamen talis penitentia vel ſa-
tiſfactio non poterit ei compe-
tere. Exēpli gratia. elemoſinas
faciat quia non habet vnde fa-
ceret. Nec pauperi qui furatus
eſt nō competit ei dare pro pe
nitentia vt oret vel ieiunet aut
corpus maceret licet peccaue-
rit peccato ſuperbie vel luxurie
quia cum oporteat eum conti-
nue laborare pro victu neceſſa-
rio non poſſet poſtea ſuſtinere
laborem ꝯſimiliter poteſt ꝯtin-
gere ꝙ diues qui peccauit pec-
cato carnis ſit adeo delicatus
ꝙ non vult ieiunare nec corpus

macerare vel preſumitur ꝙ ſi ſi
bi talis penitentia imponeret̄
cito eaꝫ abiceret ⁊ ſic nouo pec
cato peccaret. Unde in his ca-
ſibus ⁊ ſimilibus diſcretus con
feſſor imponet aliā penitentiaꝫ
quā cognoſcet penitentē liben
tius recipe. ⁊ credit ꝙ debeat
meliꝰ adimplere. cauēs ſemper
ne iniungat penitentiā que al-
teri faciat preiudiciū vel ex qua
ſequat̄ aliq̄d ſcandalū ſeu peri-
culuꝫ. Et ſi peccator oīno nul
lam penitentiam velit accipe a
ſacerdote ſibi impoſitā dicit tū
ſe habere diſplicentiā alias con
tritionem de peccato cōmiſſo
⁊ firmū ꝓpoſitū nō recidiuandi
abſoluendus eſt ne cadat in de-
ſperationē ſm̄ Sco. vbi ſup̄. idē
xx. eſt tū hoc caſu ⁊ quotiēſcū-
qꝫ imponit̄ penitētia minor de
bito ꝯfitenti nunciāda peniten
tia q̄ ſibi ꝓ peccatiꝭ ſuis eſſet im
ponenda ⁊ inducendꝰ ꝙ eaꝫ in
ſe vel in equiualēti abſqꝫ impo
ſitōne velit adimplere. alioquin
oportebit eū in purgatorio ſol-
uere ⁊ cōplere. Cō. tho. in. iiij. di.
xix. nullo tū caſu cōfeſſor debet
exigere ꝓmiſſionē a ꝯfitēte licꝫ
credat ꝙ nō faciat penitentiā
aut aliud q̄d ꝓmittit. ſufficit eī
ſi dicat ſe habere ꝓpoſitū faciē
di ſm̄. xx. Salubre etiā ꝯſilium
doctorū eſt ꝙ cuilibet cōfitenti
ad vitandū ambiguitatē de ite
randa penitētia facta in pecca

to mortali. ꝯfeſſoꝛ vnū pater nr̄
vel aliquā aliā breuē ſatiſfactio
nem quā ſtatim in ſtatu gratie
exequatur iniungat. ⁊ deinde ei
declaret ſi ꝯtingat reliquā ſatiſ
factionem ſibi ꝑ eū iniunctam
agere in peccato mortali, an de
beat illā iterare vel non. non ta
men dicitur in mortali qui con
tritus eſt.

De cōmutatione penitentie

Uerit an ſacerdos
poſſit cōmutare pe
nitentiam quā iniū
xerit. Et dico breui
ter ſm̄ Hoſti. in ſum. ti. ð remiſ.
. §. ⁊ an ſacerdos. ꝙ ſic. dum tn̄
diſcrete ⁊ ex cauſa rationabili
⁊ circa ſubditos ſuos. diſ. lxxxij.
preſbiter. aliter non. Con. Ray.
Tu dic ſm̄ vuer. ꝙ aut ꝯfeſſoꝛ
a quo commutatio ꝑpetitur ille
idem eſt qui iniunxit eam ſiue
ſucceſſoꝛ eius vel ſuperioꝛ ordi
narius iudex penitētis ⁊ hi om
nes poſſunt penitentiam com
mutare vel relaxare. Aut eſt ali
us confeſſoꝛ a predictis ⁊ tunc
ſi talis penitentia eſt ſecreta et
in tali caſu iniuncta in quo ipſe
ſecundus confeſſoꝛ poterat ab
initio ſoluere ⁊ penitentiā iniū
gere poterit etiam eo caſu rela
xare ⁊ commutare. Secus au
tem eſt ſi in caſu quo ipſe ante
non poterat abſoluere. aut ſi ta
lis penitentia iniuncta fuerit a
ſuperioꝛe qui ſibi talē cōmuta
tionem vel relaxationem reſer
uauerit Archi. ad hoc. l. di. acce
dens. ⁊ xxxiij. q. ij. latoꝛem. et ibi
glo. idem in direc. t. e. §. cxl. hoc
tamen etiam caſu cum peniten
tia iniuncta eſt a ſupioꝛe vel in
caſu ſibi reſeruato poterit infe
rioꝛ ſm̄ ꝛꝛ. eam cōmutare vel
relaxare ſi vrgeat neceſſitas aut
ſuadeat vtilitas etiā ſi ſit publi
ca. Pium eſt eñ interꝑtari in
his caſibus qð ſupioꝛ cōceſſerit
inferioꝛibꝰ poteſtatē cōmutan
di vel relaxandi. hec ille. nec vi
detur neceſſe ex hoc iterare cō
feſſionem. vt dicit expſſe Pe. ð
palu. licet aliqui cōtrariū dicāt

Quomodo confeſſoꝛ circa in
firmos ſe habere debeat.

Uāq₃ periculoſum
ſit penitētiā vſq₃ ad
extremū vite differ
re vt̄ pe. di. vi. Si qſ
Attamē qꝛ nemo ē deſperādus
dū in hoc coꝛpe ꝯſtitutꝰ eſt. e. d.
nemo ꝑſbiter. q̇ moꝛientibꝰ vel
in mortꝪ ꝑiculo ꝯſtitutis pn̄iam
negauerit eoꝛū animarū reus
erit. xxvi. q. vi. ſi preſbiter. ⁊ c. ſe.
debet igit̄ ꝯfeſſoꝛ cū ad infirmū
ꝓ ꝯfeſſione vocat̄ cū om̄i ſolici
tudine eū adire ⁊ omni diligen
tia eiꝰ ſaluti intēdere Facile. eſt
eñ prudēter ꝯfeſſoꝛi in tali caſu
aīm etiā cuiuſlibet magni pec
catoꝛis ad deum ꝯuertere ⁊ ad
oē bonū ꝑſuadere ⁊ diſponere
ac tādē eiꝰ aīā₃ ð iferni baratro

liberare. Studeat igitur primo
⁊ ante omnia ſi ſue mentis cō‑
pos eſt infirmus pro poſſe eum
ad contritionem cum ſpe venie
inducere. Deinde ab eo querat
a quanto tempore citra non eſt
confeſſus ⁊ totius illius tem‑
poris quo non eſt confeſſus om
nium peccatorum ſuorum ab eo
exigat puram confeſſionem eū
interrogando in generali vl' ſpe
ciali plus ⁊ minus ꝓut ei' di‑
ſcretioni ⁊ confitentis conditō
ni expedire videbitur ⁊ infirmi
tatis grauitas ſine multo detri
mento patietur ⁊ precipue de
his interrogandus eſt.
Si contentatur de omni eo qđ
deo placuerit circa ipſum diſpo‑
nere ſiue de ſanitate vel infirmi
tate ſiue de vita ſiue de morte.
Et ſi dolet de omni offenſa dei
⁊ proximi ⁊ ei iniurias remittit
Nam alias ſaluari non poteſt.
Si ad curam ſue infirmitatis
vocauit medicum iudeum vl' in
fidelem aut ab eo recepit medi
cinam. nam hoc eſt prohibitum
⁊ mortale ⁊ ex hoc debet excō‑
municari ſi eſt laycus. Si cleri‑
cus eſt debet deponi. xxxviij. q. i
c. nullus. ⁊ ca. omnes. Et notat
collec. extra de iude. ad hoc. Et
Archi. in dicto capitulo nullus.
Ubi tamen dicit ꝙ ſi quis mo
riatur niſi iuuetur a medico iu‑
deo ⁊ alium inuenire non poſſit
credit Hugo ꝙ in tanta neceſ‑
ſitate licet ei vocare eum.
Si veneficorum vel incantan‑
tium remedijs aut medicamine
pro ſanitate ſua recuperanda
vſus eſt. prohibitum eſt ⁊ mor‑
tale. xxvi. q. ij. c. illō. ⁊ c. que ſine
ſaluatore. ⁊ e. cauſa. q. vij. admo
neat. ⁊ extra de pe. ⁊ remiſ. capi
tulo cum infirmitas in fine
Si debet aliquid alicui cauſa
maleficij cōtractus depoſiti vel
predeceſſorum ſuorum legati n̄
ſoluti aut alio quouis reſpectu
Nam non remittitur peccatum
niſi reſtituatur male ablatum.
Ideo ſi poteſt ſine mora reſtitu
at ne cum alieno diſcedens dā‑
netur in eternum. Sed ſi ꝓtūc
non poteſt ſufficienter ordinet
⁊ diſponat vel talem cautionē
faciat ꝙ creditores ſint ſecuri
⁊ executores ſui ſi deceſſerit qꝫ
primum fieri poterit ſatiſface‑
re cogantur. Quod ſi alienum
noluerit reſtituere vel vt predi‑
xi per teſtamentum vel alias ſuf
ficienter diſponere nullatenus
abſoluatur. Si autem vere con
tritus ⁊ ad omnia bene diſpoſi
tus ſatiſfactione vel cautione
premiſſis vt predicitur tunc ſi
non eſt multum grauatus infir‑
mitate imponatur ei peniten‑
tia prout confeſſori videbitur
conſideratis peccatorum graui
tate et perſone conditione vt
ſupra quam faciat cum ſanatus
fuerit. Melius eſt tamē errare

in miſericordia remittēdi q̄z in
ſeueritate vlciſcendi.xxvi.q.vij.
alligant. Si vero fuerit infirmi
tate grauatus ſeu in periculo
mortis conſtitutus nō eſt ei ꝑpe-
nitentia iniungenda ſed tantū
innoteſcenda quantitas ⁊ qua-
litas ea.cauſa.⁊.q.c.ab infirmis
declarare tamen debet ei ſacer
dos.ſi tu eſſes ſanus talem pe-
nitentiam tibi darem ⁊ vſq̄ ad
tale tempus q̄zuis etiā multo
maiorem facere deberes ſm ca
nones. Et ſi conualueris facias
hoc vel illud. Si vero ad deum
migraueris facias pro p eniten
tia talem elemoſinam vel iniū-
gas heredibus tuis vel amicis
vt pro te faciant. Et ſi hec acce
ptat ſecure eum abſoluat. Ta-
lis etiam erit viatico reficien-
dus ⁊ ante mortem oleo inun-
gendus ⁊ amicorum orationibꝰ
⁊ elemoſinis adiuuandus.vt in
d.c.ab infirmis. Si vero talis
infirmus infirmitate oppreſſus
loquelam amiſerit vel in frene-
ſim conuerſus fuerit diſtingue.
quia aut talis bene viuebat et
vt fidelis chriſtianꝰ ſingulis an
nis confitebatur ⁊ ſe cōmunica
bat ⁊ huiuſmodi.licet ſacramē-
ta non poterit quia talia ex in-
ſperato acciderunt vel etiam ſi
malus ⁊ obſtinatus diu in pec-
catis ꝑſeuerauerit ⁊ a longo tē
pore non eſt confeſſus petijt ta
men ſacerdotem ꝓ confeſſione

⁊ oſtendit ſe omnia velle facere
que debuit.⁊ de hoc dent teſti-
monium qui eū audierūt ⁊ peri
culū eſt in mora.q꞉ ꝯtinuo cre-
dit̄ moriturꝰ.in vtroq̄ caſu ta-
lis ꝑſupponitur cōtritus. Ideo
aliquo de circūſtantibus faciē-
te pro eo ꝯfeſſionē generalē ſa-
cerdos abſoluat eū ab om̄ibus
cenſuris caſibus ⁊ peccatis.in
iungens aliq̄d circūſtantibꝰ vel
ꝯſanguineis aut heredibus pro
anima eius faciēda ſi voluerint
acceptare. Deinde proprius ſa
cerdos miniſtrabit ei ſacramen
tum euchariſtie licet nō ſit con
feſſus eo ꝙ non potuit.xxvi.q.
vi.is qui. Vel alius ſm Archi.
e.q.c.ſi ꝑſbiter. Niſi timeretur
de eius expuitione vel vomitu.
Idē videt̄ ſi quis a natiuitate
amens fuerit. Nā talis poteſt
baptiſari.⁊ ei in neceſſitate ſcꝫ
mortis articulo ꝯſtituto.ſ.corpꝰ
chriſti dari vt notat glo.xxvi.q.
vi.qui recedunt. Non autē mi
niſtrabit ei religioſus q꞉ etiam
in hoc articulo mortꝭ hoc ſacra
mentum miniſtrando ſine lr̄cen
tia ꝓprij ſacerdotis incurret ex
cōmunicationem papalem vt
no.pau. Ioh.de legna.⁊ Ioh.de
imo.in cle.religioſi de priuil. Ex
trema vero vnctio omnino tali
bus danda eſt ꝫ etiā ſi non potu-
erint cōmunicare.q꞉ licꝫ ꝓpter
freneſiꝫ nō ꝑmitterēt ſe inungi
potuerūt ꝫ ligari ⁊ ſibi violenter

dari. ſecus autē de eo q̄ a mul
to tempore citra non confeſſus
eſt vl' notorius peccator exiſtēs
ſubito incurrit amentiā vel lo-
quelam perdidit nec pri⁹ vel po
ſtea oſtendit ſigna contritionis
Nā tali ſacramenta non debēt
dari nec in eccleſiaſtica ſepultu
ra ſepeliri.

¶ De abſolutione q̄uo cōfeſſor
ſe habeat circa eam. c. ſecundū

Dicto ſuperius quali
ter confeſſor debeat
penitentiam iniun-
gere r̄ſtat conſequē
ter hic declarare quomodo cir-
ca abſolutionem peccatorū ſe
debeat habere. Ubi nota ante
omnia ꝙ debet in tanto mini-
ſterio ſe immunē ab om̄i crimi-
ne reperire vt digne ⁊ ſalubri-
ter faciat illud exercere. Nam
vltra modum ſacerdotū crimē
deteſtabile eſt qui non prius ſe
iudicant ⁊ alios alligant de pe.
di. vi. §. ſacerdos. quotiens em̄
ſacerdos exiſtens in mortali ali
quem abſoluit totiens mortali
ter peccat. vt no. glo. e. di. vi. §.
pen[illegible]l. ſuper verbo iudicandus.
⁊ archi. ibidē ⁊ habetͬ in direc.
e. ti. ſi tamen cōteratur ⁊ diſpo
nit confiteri non dicitur in mor
tali. Iuſtificato igitur prius ſeip
ſo ⁊ iam integre audita penitē
tis confeſſione ⁊ debita penitē-
tia impoſita ⁊ confitens dicat
ſe ex corde de omni dei ⁊ ꝓximi

offenſa dolere ⁊ iniurias ei re-
mittere ⁊ alterius famā ⁊ rem
velle reſtituere ⁊ pro iniurijs de
bite ſatiſfacere vt ſupra. c. pre-
cedenti. tunc ſi confitens in ar-
ticulo ſeu ꝑiculo mortis ſit poſi
tus ab om̄ibus cenſuris caſib⁹
⁊ peccatis poterit confeſſor eū
abſoluere vt ſupra ꝑte ſecūda. c.
i. §. vij. Si vero ſanus fuerit ⁊ li
gatus reperitur aliqua excōmu
nicatione iudicis remittat eum
ad excōmunicatorē ſeu ad eius
ſuperiorem ad quos de iure ꝑti
net abſolutō ſm̄ Rich. in. iiij. d.
xviij. ar. ix. q. v. Si aūt ſit excom
municatus excōmunicatione iu
ris abſoluat eum ab ea ſi poteſt
modo infraſcripto. ſi aūt nō po
teſt remittat eum ad habentē
autoritatem abſoluendi nec ab
ſoluat eum a peccatis prius q̄ȝ
fuerit abſolutus ab excōmuni-
catione. quia excōmunicat⁹ ma
iori ſeu minori excōicatione nō
eſt ꝑticeps ſacramentorū eccl'ie
ſm' doc. Et no. ꝑ Rich. in. i ij. di.
xviij. ar. ix. q. iiij. ⁊ duran. in ſum.
li. i. di. iiij. q. xxv. Immo ſi ſciēter
maiori excōicatione excōicatus
abſoluat a peccatis priuſq̄ȝ ab
excōicatione eandē incurrit ex-
excōicationē. licet quidā dicāt
contrariū. ſȝ prima opinio tuti-
or eſt quā tenēt Guil. Io. d' leg.
⁊ Io. de imo. in cle. religioſi. de
priuil. de hoc etiā in direc. li. i. c.
ij. §. ciij. Sec⁹ aūt ſi ignoranter

abſoluat. Si vero nõ ſit excõica-
tus ſed habet aliquos caſus vł
peccata ſuperiori reſeruata. tũc
ſm tho. ⁊ duran. in ſum. debet
eũ abſoluere ab his a quib⁹ po-
teſt. Deinde remittere eum ad
ſuperiorẽ de reſiduo abſoluẽdũ
informãdo penitentẽ ꝙ illa pec-
cata a quib⁹ ipe nõ potuit eum
abſoluere confiteat̃ epo vel ei⁹
vicario ⁊ faciat ſe ab eis abſol-
ui nec ꝑ hoc dicit̃ ꝯfeſſio diuiſa
q2 integre confitet̃ primo et ab-
ſoluens ſecundo ꝯfirmat ⁊ ꝑfi-
cit qđ inceptum erat vel ſi con-
feſſus perſona ſimplex fuerit va-
dat ipſe ꝯfeſſor ſi poteſt ad epm
ꝓ autoritate obtinenda. Aut ſi
ꝯfitentem mittit de eius licen-
tia illa peccata in cedula quã ip-
ſemet penitẽs portet epo vł ei⁹
vicario ſcribat ſb hac forma vł
ſimili videlicʒ. Latorẽ vel latri-
cẽ pſentiũ ꝓ homicidio vł ince-
ſtu. in tali gdu cõmiſſo abſoluẽ-
dũ pñitati vr̃e trãſmitto vt be-
neficiũ abſolutõis impendendo
⁊ ſalutarẽ penitẽtiã iniũgendo
ipm ſancte eccłie recõciliet. Et
ꝯfeſſor cautũ ipm r̃ddat ne illã
cedulã alteri legendã tradat. et
ſi epũs remittat eũ ad ꝯfeſſorem
ipi⁹ autoritate abſoluendũ. tũc
abſoluat eũ integre ab omiſſis
peccat⁹ imponẽdo illi penitẽtiã
ſolũ ꝓ illo peccato ꝓ quo pri⁹ ñ
ĩpoſuerat. Et ille ſi nõ hʒ caſuʒ
reſeruatũ. vel etiã ſi habet ⁊ ip-
ſe ꝯfeſſor ab oĩmib⁹ abſoluere pt
libere abſoluat eũ mõ. ĩ. ſcripto

De forma abſolutõis a pctis.

Circa abſolutõeʒ ꝯſi-
derãda eſt forma de-
bita vel ꝓpria ⁊ cõ-
pletiua vbi nota ꝙ
ſicut qđlibet ſacramentũ habʒ
ſuã ꝓpriaʒ formã ita etiã ſacra-
mentũ penitẽtie q̃ eſt iſta. ſ. ego
te abſoluo. ⁊ ĩportat ego te ab-
ſoluo. i. ſacramentũ vel miniſte-
rium abſolutõis tibi impendo
vel ꝯfero. nõ aũt importat vt q̃-
daʒ dicũt ⁊ male. Ego te abſol-
uo. i. abſolutũ te oñdo q2 ſeque-
ret̃ ex hoc ꝙ in ſacramẽtis no-
ue legis nõ eſſet niſi oſtenſio vł
ſignificatio qđ eſt falſuʒ eo ꝙ ſa-
cramẽta noue legis nõ ſolũ figu-
rant ⁊ ſignificant ſicut ſacramẽ-
ta legis veteris ſed etiam effi-
ciunt quod figurant. Unde ſa-
cerdos virtute clauium abſol-
uit a culpa mortali nõ principa-
liter ſed vt inſtrumentuʒ diſpo-
nens ad infuſionem gratie tan-
tum per quã fit remiſſio culpe.
Abſoluit etiam a pena nõ eter-
nali que cum ſit infinita ⁊ inſe-
parabilis a culpa nõ pt remitti
niſi a virtute ſeu potẽtia infini-
ta ⁊ ab eo a quo remittit̃ culpa
ſed a tpali ſic. Nã cũ in ꝯtritõe
pena eterna cõmutet̃ in tpaleʒ
hic vel in purgatorio ſoluendaʒ
de illa pena temporali cuius ho-
mo debitor remanet hic vel in

purgatorio vt predixi ſoluenda
virtute clauiū aliqua pars non
tota diminuit̄ ſm Alex. de al.
iiij. pte ſum. q. clxxix. ⁊ tho. in. iiij
ſen. diſ. xviij. ar. iij. Sꝫ quoniam
alia eſt abſolutio a peccatis et
alia ab excōmunicatōne de his
ſingulatim infra dicet̄ quo ad
abſolutionē a peccatis. Scien-
dum ꝙ licet vt predixi ꝺ ſubſtā
tia forme ſint tantuꝫ hec verba
Ego te abſoluo. expreſſiſ illis ſu
per quibus abſolutio determi-
natur. ſ. a peccatis. Deprecatio
vero que premittit̄. ⁊ reliqua q̄
ſubſequuntur nō ſunt de neceſ-
ſitate ſed tamen congrue ⁊ lau
dabiliter apponuntur. Poſtq̄ꝫ
igitur penitens integre omnia
peccata ſua confeſſus fuerit. et
prout requiritur pro futuro tē-
pore bene diſpoſitus vt ſupra p̄
miſſa a ſacerdote oratōne. Mi
ſereatur tui omnipotens deus
⁊ dimiſſis omnibus peccatis tu
is perducat te ad vitam eternā
Amen. Indulgentiam ⁊ abſolu
tionem omnium peccatorū tuo
rum tribuat tibi omnipotens ⁊
miſericors dominus Amen. Li
bere ⁊ ſine conditione abſoluat
eum. Nam cum conditione ab
ſolutus: non eſſet ſimpliciter ab
ſolutus. extra de reg. iur̄. Actus
li. vi. ⁊ dicat Dominus noſter
iheſus chriſtus qui te creauit ⁊
redemit te abſoluat. Et ego au
toritate ipſius qua fungor inq̄ꝫ
tum poſſuꝫ ⁊ debeo abſoluo te
ab omni vinculo excōmunicati
onis minoris ſi teneris ⁊ reſti-
tuo te ſanctis ſacramentis ec-
cleſie ſi indigeſ. Iterum abſoluo
te ab omnibuſ peccatis tuis cō
feſſis ⁊ oblitis mortalibus ⁊ ve
nialibus ⁊ circūſtantijs eorum
Paſſio domini noſtri iħu chri-
ſti ⁊ omnia bona que feciſti ⁊ fa
cturus es ⁊ aduerſa q̄ue ſuſtinu
iſti ⁊ ſuſtinebis ſint tibi in peni
tentiam ⁊ remiſſionem pecca-
torum tuorum ⁊ in augmentuꝫ
diuine gratie. In nomine patriſ
⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Amen.

¶ Quando ſatiſfactio debet p̄
cedere abſolutionem.

Sunt tamē aliqui ca
ſus in quibus ante
ſatiſfactionem nul-
latenus penitens ē
abſoluendus nec in vita nec in
morte niſi prius ſatiſfaciat vel
ydonee caueat pro iniurijs vel
damnis ⁊ male ablatis quoruꝫ
primus eſt de excōmunicatis vt
infra dicetur. Secundus eſt de
vſurarijs manifeſtis. dicitur enī
vſurarius manifeſtus per euidē
tiam facti. puta quia menſam
paratam tenet ad vſuras vel q̄
de hoc in iure confeſſus eſt vel
conuictus vel ſi ſint ꝺ hoc argu
menta cum fama. ſola autem fa
ma non ſufficit vt no. glo. in. ca.
vſurarum. de vſuris. li. vi. ſup er
verbo manifeſtos. tales enim

vſurarij manifeſti nec ad ꝯfeſſio
nem nec ad ſepulturā recipi de
bent licet dicant ſe velle reſtitu
ere vel etiā in vltima volunta-
te mandent de vſuris ſatis fieri
ſꝫ oportet ꝙ de ip̄is vel fuerit
ꝑut patiunt̄ facultates eorum
plenarie ſatiſfactū. vel illis qbꝰ
faciēda eſt reſtitutio ſi p̄ſto ſint
ip̄i aut alij qui eis poſſint acq̄re
re vel eis abſentibꝰ loci ordina
rio vl̄ vices eiꝰ gerenti. Aut de
cano Archip̄ſbitero vel abbati
q̄ alias iuriſditionē habet in ſpi
ritualibus de cōſuetudine. Aut
rectori ꝑrochie ip̄ius vſurarij vl̄
eiꝰ cui debet fieri reſtitutio co-
ram aliquibꝰ fidedignis aut ſer
uo publico. i. tabellioni de ip̄iuſ
ordinarij aut p̄dictorū manda-
to de reſtitutōe ydonee ſit cau
tum dando. ſ. pignora vl̄ fideiuſ
ſoreſ ſi poſſunt aliaſ ſufficit cau
tio iuratoria. Et ſi vſurarū quā
titas ſit manifeſta illa ſemꝑ in
ꝯfeſſione exprimatur. Alioquin
moderanda erit arbitrio recipi
entis. Ipſe tm̄ ſi ſcienter minorē
quā veriſimiliter credit̄ mode
retur. ad reſtitutionē reſidui te
netur. Alias nullus debet inter
eſſe eorūꝫ teſtamentis. aut eos
ad eccleſiaſticā ſepulturam ſeu
ꝯfeſſionem admittere vel abſol
uere vt in. c. quāquā. de vſuris.
li. vi. Si igitur vſurarius debite
cupit ſatiſfacere ad hoc vt ei
vere peccatum remittat̄ quat-
tuor obſeruare debet. Primo
ſi habet pecuniā vnde reſtitue-
re valeat priuſquā moriat̄ ꝑ ſe-
ipſum vel ꝑ fidelē amicum reſti
tutioni illam exponat. Secūdo
faciat publice ꝑponi edictum
in locis a quorū incolis ſunt ex-
torte vſure qđ omnes veniāt et
ſi aliqui appareāt quibus fides
ſit adhibenda prius alias potiꝰ
illis reſtituatur quā pauperibꝰ
erogetur vt notat glo. ibideꝫ ſu
ꝑ verbo ſatiſfieri. Tertio ſi ali-
quid defuerit per cautionē ydo
neam ſuppleat vt ſupra. Quar-
to ſi vſurarum habet aliqua in
ſtrumenta vl̄ ſcripta ex tunc ea
caſſet per publicum inſtrumen-
tum vel redigat ad debitum ve
ritatis.

¶ De forma abſolutionis ab
excōmunicatione.

Quo ad abſolutionē
ab excōmunicatio-
ne. Sciendū qđ du-
plex eſt excōmunica
tio. ſ. iuris. ⁊ hominis. Ab excō-
municatione iuris maiori ſeu
minori ⁊ regulariter ep̄s ſubdi-
tos ſuos. ⁊ prelati exempti ſibi
ſubditos abſoluere poſſunt. niſi
papa abſolutioneꝫ ſibi reſerua
uerit. ex̄ de ſen. excō. nuꝑ. vl̄ etiā
ſede vacante. capitulum aut ille
ad quē ep̄alis iuriſditio pertinꝫ
ex̄ de ma. ⁊ obe. c. ij. li. vi. A ſen-
tentia vero hominis nō poteſt
abſoluere niſi qui eam tulit vel

eius ſucceſſor ſi habet eandem
iuriſditionē ſup excōicatū quā
ipſe q̄ tulit habuit.ij.q.iij.ſi epſ
ij.vel etiā ſupior ſcḋm Rich.in.iiij
cū tñ alia ſit excōicatio ptinens
ad forū ↄtentioſum ⁊ alia perti
nens ad forū penitentialē. Sci-
endū ꝙ a prima abſoluere pōt
etiā nō ſacerdoſ.ex̄ de ſen.excō.
cū illorū.⁊.c.canonica.⁊ de ↄſu.
quāto. Nā abſoluere potius eſt
iuriſditionis q̄ȝ ordiniſ.ij.q.i.ne
mo.ſolēnia tñ abſolutōis ſicut
dicere oratōes cū ſtola pſalmū
penitentialē ⁊ in eccleſiā intro-
ducere eſt ordinis ⁊ officij de ex
ceſ.pla.c.ſi.⁊ de ſen.excō.nuper
Ab illa vero q̄ pcedit ex vi cla-
uium ſolus ſacerdos abſoluere
pt. Pe.tñ de pu.⁊ Jo.ſup decre
talē A nobis.ex̄ de ſen.excō.cla
rius dicūt.ſ.ꝙ oīs ſuperior etiā
nō ſacerdos habēs poteſtatem
excōicandi.habet etiā ⁊ abſol-
uendi quantū ad reſtitutionem
excōicatū ad actus legitimos
habilē ⁊ cōmunioni fideliū ſed
quantū ad tollendū culpā ratio
ne criminis vel ↄtumacie ↄtra-
cte requirit abſolutio ſacerdo-
tis. Concor. Rich.in.iiij.di.xviij
ar.x.q.iiij.vbi dicit ꝙ in prima
excōicatione non eſt neceſſariū
ꝙ abſoluēdus dicat pciſe abſol
uo te.ſed ſufficit dicere reuoco
relaxo ⁊ hmōi verba In illa vō
que fit ex vi clauium in foro cō-
ſcientie debet ſacerdos dicere.

Ego te abſoluo. Jo.an.ſup ver-
bo reuocationē.ex̄ de his que
vi metus ve cauſa.c.i.li.vi. Cir-
ca hoc tripliciter diſtinguit et
ſoluit vide ibi. Ligatus tñ plu-
ribus ſententijs vl' vna ex diuer-
ſis cauſis ſi vult vere abſolui d̄
bet exprimere omnē ſententiā
⁊ cauſā.⁊ ſic vna abſolutio ſuf-
ficit ad plures excōicatōnes tol
lendas aliter nō teneret abſolu-
tio quia p ſurreptionem obten
ta eſſet extra de ſen.excō.officij
⁊ de hoc dicit clarius Rich.vbi
ſupra.ar.iij.q.x.regulariter. igit
in abſolutione ab excōmunica-
tione maiori quattuor obſeruā
da ſunt. Primū eſt vt excōicat⁹
in omni caſu anteq̄ȝ abſoluatur
iuret ſtare mandatis eccleſie vl'
ipſius abſoluētis ſiueꝗ parebit
iuri. Et licet ho.dixerit iuramē
tum eſſe de ſubſtātia abſolutio
nis tñ ↄtrarium tenet cōmunis
opinio. Unde ſi omittat qḋ fie
ri non debet tenet nichilomin⁹
abſolutio.extra.e. Cum deſide-
res. Et dñs An.de bu.ibidem.
Con. Hoſt.⁊.ẏẏ.de pueris an
debeant iurare relinquitur ar-
bitrio abſoluentis. Secundum
eſt ꝙ ſi quis excōicatus eſt pro
notoria offenſa in proximū non
abſoluatur niſi prius ſatiſfece-
rit ⁊ ex parte primo.qḋ preſer-
tim obtinet quando hoc in iure
expreſſe cautū reperitur. Alias
ſi non poteſt debet abſolui rece

pta ab eo ydonea cautione q̄
ſatis faciet ſi ad pinguiorez for
tunam peruenerit. Idem dico
ſi pro contumacia aut offenſa
dubia erat excōmunicatus q2 ſi
militer ſufficit cautio iuratoria
vbi nulle expenſe petuntur vt
ibi. ⁊ in. c. Odoardus. extra ď ſo
lu. Abſolutio enim neganda nō
eſt. xxvi. q. vi. Si preſbiter. Ter
tium eſt quod abſoluatur p eus
qui tulit ſententiam vel ſuperi-
orem ſuum vel alium cui com-
miſſa fuerit autoritas abſoluen
di ďbita forma ſeruata. Sic ab
ſoluens enim excommunicatū
virgis vľ corrigīs ſcapulas nu-
das habentem verberabit dicē
do pſalmum Miſerere mei de
us vel alium penitentialem cuz
Gloria patri. percutiēdo ſemel
in quolibet verſu. poſtea dicat
kyrieľ. chriſteľ. Pater noſter. Ꝟ.
Et ne nos inducas. Ꝟ. Saluum
fac ſeruum tuum. Reſpondeat
Deus meus ſperantem in te. Ꝟ.
Nichil proficiat inimicus in eo
Reſpondeat. Et filius iniquita
tis non opponat nocere ei. Ꝟ.
Eſto ei domine turris fortitudi
nis. Reſpondeat. A facie inimi
ci. Ꝟ. Domine exaudi orationē
meam. Reſpondeat. Et clamor
meus ad te veniat. Ꝟ. Domin9
vobiſcum. Reſpondeat. Et cuz
ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus cui propriū eſt
miſereri ſemper et
parcere ſuſcipe de-
precationem noſtrā
⁊ hunc famulum tuum quez ex
communicationis cathena con
ſtringit miſeratio tue pietatis
abſoluat. Per chriſtum domi-
num noſtrum Amen. xi. q. iij. cū
aliquis. Quartum eſt q̄ď ab
ſoluto fiant mandata iuſta ⁊ ra
tionabilia alias appellare poſſz
extra ď pac. capitulo finali. Erit
autem ei precipue iniungendū
quod de cetero non faciat con-
tra eum canonem propter quē
erat excommunicatus. vt incen
diario quod nunq̄z incendat p
cuſſori clerici quod nunq̄z per-
cutiat ⁊ huiuſmodi. xxiij. q. vlti-
ma peſſimam. Aliquando etiaz
requiritur cautio q̄ de cetero
talia non faciat. extra de ſentē.
excō. Grauem. Sed ſi appareat
ſententia iniuſta nullum man-
datum fiat abſoluto.
In abſolutione autem ab excō-
municatione minori non requi
ritur hec ſolennitas extra eodē
titulo. Nuper. In maiori vero
licet ſine cauſa omitti non de-
beat. tamen ſi omittatur abſo-
lutio valet. Nam cum quis poſ
ſit ſimplici verbo excōicari ita
⁊ ſimplici ꝟbo pt abſolui. vt ſen
tiunt Tho. ⁊ Richard9 vbi ſu-
pra. ⁊ fere omnes doctores. li-
cet Hoſtienſis dicat contrariū.

Immo etiā quo ad eccleſiā va-
let videlicet abſolutio ſiue iuſta
ſit ſiue iniuſta.l.di.ponderet.ex͂
de reg.iur.cū ſunt.li.vi.niſi fue
rit ex cauſa falſa.puta ſi abſol-
uendus dicat ſe ſatiſfeciſſe vel
iniuriā ſibi remiſſam fuiſſe vel
aliq̄d tale qđ ſit falſum.q2 ſic iu
dex nō intendit abſoluere.ex͂ de
offi.ordi.ex pte.Poteſt etiā q̄ſ
abſens ⁊ inuit⁹ ab excōicatione
abſolui ſm̄ tho.⁊ Rich.vbi ſup̄
ar.x.q.i.⁊.ij.Et intellige Ric.q̄
q̄s p̄t abſolui inuit⁹ a ſententia
hominis nō autem a ſententia
iuris vide ibi.

¶ Forma abſolutionis habē-
tiū indulgentiā plenariā.

¶ Primo abſoluendus dicat
Confiteor.Et p̄miſſa a ſacerdo
te orōe.Miſereatur tui ⁊ dn̄s
ihesus xp̄s.Subiungat.Autori
tate dei ⁊ beatorū aplōꝝ Pe
tri ⁊ Pauli.⁊ ſancte romane ec
cleſie inde cōmiſſa ⁊ tibi ꝯceſſa.
Ego abſoluo te ab omi ſenten-
tia excōicationis maioris vł mi
noris ſuſpēſionis ⁊ interdicti ſi
teneris ⁊ reſtituo te vnitati fi-
deliū ſanct⁹ ſacramētis eccleſie
Et ea dē autoritate inde cōmiſ-
ſa.Ego abſoluo te ab oib⁹ pec
catis tuis ꝯfeſſis ꝯtritis ⁊ obli-
tis.Itē autoritate dei ⁊ beato-
rum aplōꝝ Petri ⁊ Pauli.⁊
ſancte romane eccleſie .et etiā
autoritate dn̄i noſtri Pe.ſum-
mi pontificis michi in hac pte
cōmiſſa ⁊ inq̄ztū debeo ⁊ poſſū
ſi iſta vice morieris abſoluo te
ab oīb⁹ penis tibi in purgato
rio debitis ꝓpter culpas ⁊ offē
ſas q̄s cōtra deū cōmiſiſti.⁊ in-
quantū inde ꝑmittit reſtituo te
illi innocētie in q̄ eras qn̄ bapti
ſatus fuiſti.Si vero iſta vice nō
morieris reſeruo tibi plenariā
indulgentiā tibi ꝯceſſam a dn̄o
papa ꝓ vltimo articulo mortis
tue.In nomine patris ⁊ filij et
ſpirituſſancti Amen.

¶ Interrogatōes beati Anſhel
mi faciēde infirmo morienti.

¶ Primo interrogare debet
Si credit oīa q̄ ſunt fidei chri-
ſtiane.Et rn̄deat.Credo.¶ Se
cundo ſi gaudet ſe mori in fide
chriſtiana.⁊ rn̄deat.Gaudeo.
¶ Tertio ſi recognoſcit ſe deū
multū offendiſſe.⁊ rn̄deat Re-
cognoſco.¶ Quarto ſi dolet de
omni dei offenſa.⁊ rn̄deat Do-
leo.¶ Quinto ſi ꝓponit de ce-
tero ab oī offenſa peccati mor-
talis abſtinere.⁊ reſpōdeat.Di
uino auxilio mediante ꝓpono.
¶ Sexto ſi credit ſe merit⁹ paſ
ſionis chriſti ⁊ non proprijs ad
gloriā peruenire.⁊ reſpondeat.
Credo.¶ Vltimo debet ſibi di
ci.Si occurrerit tibi inimicus
dyabolus ſemp ei opponas me
rita paſſionis chriſti.¶

¶ Si quē peniteat ſceleruꝫ cul-
pamqꝫ fateri.
¶ Aures clauigeri preſulis an-
te velit.
¶ Non indignetur docti p̄ce-
pta libelli.
¶ Quiqꝫ ſalutifere norma ſit
ampla vie.
¶ Quis credet. vetus abſcon-
dit ſua crimina Chaym.
¶ Culpam pcuſſo fratre nega-
uit Abel.]
¶ Ex illo ſoboles italas Chai-
ma per oras.
¶ Creuit. et hos inter Bartho-
lomeus erat.
¶ Mundanas contēpſit opes
ſub paupere diues.
¶ Franciſco. nec auum gaudet
habere chaym.
¶ Quod fratrem dixit pater oc-
cidiſſe negaſti.
¶ Oſtendā culpam diſſimula-
re nephas.
¶ Et quo cuiqꝫ modo preſtet
delicta fateri.
¶ Si modo poſt ipſum ſidera
crimen amet.
¶ Dixit vt hec. ſacrum ſibi cō-
feciſſe volumen.
¶ Pergit non parua ſcripta
legenda mora.
¶ Turba coit. plenumqꝫ ſue ſi-
tibunda ſalutis.
¶ Dignum te repetit Bartho-
lomee librum.
¶ Nec mora Chriſtoferus po-
pulum cōpſſe fidelem.
¶ Valdafer attenta protinus
aure notat.
¶ Exſaturemus ait dignandis
agmina votis.

Baer
459.







